

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corrvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber quartus, De libero arbitrio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-885)

contra Pelagianos. Sed ita necesse est Papistas seipfos ludificari, dum nolunt cedere ventati.

V. Quod attinet ad argumenta Bellarmini, quiuis iam facile intelligit, quam sint futilia. Nam, quinque prima probant, non negatum, sed assertum potius ab Augustino fuisse Liberum arbitrium: quæ nulla nostra quæstio est. Non ostendunt autem, quo sensu fuerit assertum, quæ nostra controuersia est. Sumus enim statim ab initio protestati, ne Caluinum quidem omnino ac funditus tollere id quod Liberi arbitrij nomine significatur: sed tantum eam libertatem qua ei a Papistas æqualiter asseritur dispositio ad bonum, & ad malum: siue, vt loqui solent, habenti in sua potestate bene facere & male. Atque adeo, vt absoluam vno verbo, totam de Libero arbitrio doctrinam Augustini, Caluinus probauit, nos etiam probamus: dummodo æstimetur ex eius dispositionibus contra Pelagianos.

VI. Sextum argumentum videtur paulo magis ad rem esse. Docet, in-

quit, esse in potestate hominis velle, & non velle. Sed ne hoc quidem difficile. Audi eundem Augustinum cap. 2. secundi Retractionum. Dixi: *Quamuis sit in cuiusque potestate quid velit: non est tamē in cuiusquam potestate quid possit. Quod ideo dictum est, quia nō dicimus esse in potestate nostra, nisi quod cum volumus, sit: ubi prius & maxime est ipsum velle.* Sine vilo quippe intervallo temporis præsto est voluntas ipsa, cum volumus. Et hæc videri poterant prima fronte, pura puta Pelagianæ. Itaque, hæc ipsa quo sensu dicta fuerint, explicantur: *Sed hanc quoque ad bene viuendum desuper accipimus potestatem, cum preparatur voluntas à Domino.* Scilicet, quia non idem est, possumus velle, & non velle: Et, possumus bene velle. Nam illud habet homo, sine dubio, à sua natura: quam à creatione acceptam abolere, peccatum nullum potuit. Aristud acceptum quidem à creatione; tamen peccatum superueniens abstulit, restituendum sola gratia: quæ sic præparat voluntatem, vt bene velit: quod ei naturaliter factum erat impossibile propter peccatum.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS
De
LIBERO ARBITRIO.

Caput Primum.

DE SERVITUTE ARBITRII.



VI. T. I. fuere in sua confirmanda sententia de Libero arbitrio Papista. Nunc, inquiramus quid de eodem doceant Scripturæ Sacræ: quid Veteres Catholici. Pater amplissimus campus, si vsquam alibi. Atque adeo obseruanda merito occurrit Aduersariorum vastities, ne quid dicam durius. Nam & Pighius cum susceperet refutandam Caluini disputationem in Institutione: quæ certe tota scætet testimoniis Scripturæ confertissimis, non minus ac firmamentum stellis; tamen paucula tantum de libauit libro quarto. Et Bellarminus, cuius institutum liberrimum, omnes videbatur ambitu suo complexurum nostros auctores, vt refutaret: tamen huic parti vix duo breuia capita indulsit: inque iis vix sex Scripturæ locos, & Augustini octo testimonia, dignatus est expendere. Equidem Costerum non miror, qui Enchiridij breuitatem potuit prætexere; vt ne quis merito obiiciat multa prætermissa: vnum tantum non immerito quis carpatur: in delectu debuisse saltem potissima, solidissima quæque locum habere, omisissis leuissimis. Sed illos, quid excusabit? Sola forte iniquitas causæ. Ego veritati non deero. Distribuiam tamen tantam testimoniorum fyluam in certas quasi areas, vt disputatio sit facili-

or. II. Esto ergo nobis primum argumentum: Si Liberum arbitrium est seruum peccati: Ergo non est æquale liberum ad bonum, & ad malum: siue non habet in sua potestate bene facere, & male. At prius verum: Ergo & posteriorius. Consequentia per se est manifesta. Primo enim, hoc in argumento idem est peccatum, & malum. Deinde, cum opposita sint bonum, & malum: necesse est, si concedatur alterutrum seruum, vt ne sit liberum eidem transire in alterius castra: & si transit, tum eiuratur præcedens seruitus: quod fit quotidie in iis qui seruantur. Sed id, quia fit per gratiam, nihil ad hanc libertatem, quæ consideratur in ipsa natura Liberi arbitrij, ac proinde etiam seorsim à gratia.

III. Antecedens probatur, Ioannis 8. Amen, Amen dico vobis, quisquis committit peccatum, seruus est peccati. Posterioris Petri 2. Libertatem pollicendo, cum ipsi serui sint corruptionis: si quidem à quo quis superatus est, huic etiam in seruitutem est addictus. Ad Romanos 7. Scimus legem esse spiritualem: ego autem carnalis sum, & cogitatio & caro & caro & caro, venditus, vt subicerer peccato. Posterioris ad Timotheum 2. Equando det eis Deus, vt respicientes agnoscant veritatem: & respiciant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Potuitne disertius exprimi seruitus hominis, ac proinde liberi arbitrij?

IV. Itaque, Scriptura reparationem salutis, appellat liberationem, & libertatem: quæ non potest non supponere præcedentem seruitutem. Esaiæ 61. & Lucæ 4. Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me: vt euangelizem pauperibus misit me, vt sanem contritos corde, vt prædicem captiuis dimissionem. Ad Collossenses 1. Qui liberauit nos à potestate tenebrarum, ac transfudit in regnum Filij sibi dilecti. Posterioris ad Corinthios 3. Vbi Spiritus ille Domini, illic libertas. Ioannis 8. Veritas vos in libertatem vindicabit. Paulo post, Si vos Filium in libertatem vindicauerit, verè liberi eritis. Lucæ 1. vt memor esset testamenti sui sancti, & iurissurandi quod iurauit Abrahamo patri nostro, nimirum se daturum nobis, vt sine metu, à manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus ipsi. Ad Romanos 6. Illud scientes, Vterem illum nostrum hominem cum eo crucifixum esse, vt eneruetur corpus peccati, ne posthac nos seruiamus peccato. Etenim qui mortuus est, liber est à peccato.

V. Concinunt Patres. Augustinus Enchiridij c. 30. Verum hæc pars generis humani, cui liberationem Deus regnumque promissit æternum, nunquid meritis operum suorum reparari potest? Absit. Quid enim boni operari potest perditus, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero voluntatis arbitrio? Et hoc absit. Nam libero arbitrio male vtens homo, & se perdidit, & ipsum. Sicut enim quis se occidit, vtrique viuendo se occidit, sed se occidendo non viuunt: nec se ipsum poterit resuscitare cum occiderit: ita cum libero peccaretur arbitrio, vi-

ctore peccato amissum est & liberum arbitrium. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est. Petri certè Apostoli est ista sententia. Quæ cum vera sit, qualis, quisque, potest serui addicti esse libertas, nisi quando eum peccare delectat? Liberaliter enim seruit, qui sui Domini voluntatem libenter facit: ac per hoc ad peccandum liber est, qui peccati seruus est: unde ad iuste faciendum liber non erit,

nisi à peccato liberatus, esse iustitia cæperit seruus. Ipsa est vera libertas propter rectè facti licentiam: simul, & pia seruitus propter præcepti obedientiam. Sed ista libertas ad bene faciendum, unde erit homini addicto & vendito, nisi redimat ille cuius illa vox est. Si vos filios liberauerit, tunc verè liberi eritis? Quod antequam fieri in homine incipiat, quomodo quisquam de libero arbitrio in bono gloriatur opere, qui nondum liber est ad operandum bene, nisi se vana superbia inflatus extollat, quam cohibet Apostolus dicens, Gratia salui facti estis per fidem. De Verbis Apostoli serm. 13. Agis quidem illo non adiuuante libera voluntate, sed male. Ad hoc idonea est voluntas tua, que vocatur libera, & malè agèdo sit da mnabilis ancilla. Cum dico tibi, sine adiutorio Dei nihil agis, nihil boni dico. Nam ad malè agendum habes sine adiutorio Dei liberam voluntatem: quanquam non est illa libera. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est: & omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: & si vos filios liberauerit, tunc verè liberi eritis. Cōtra duas Epistolas Pelagianorum lib. 1. c. 3. Datur ergo potestas vt filij Dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur, vt credant in eum. Quæ potestas nisi detur à Deo, nulla esse potest ex libero arbitrio: quia nec liberum in bono erit, quod liberator non liberauerit: sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitia vel occultus vel manifestus deceptor inseruit, vel sibi ipse per sua sit.

VI. Epistola 144. Quanto sunt charitati futura meliora: tanto sunt infirmitati violentiora præsentia. Et vtinam ij qui ea videre & gemere mouerunt, vincere & euadere mersantur. Quod sine Dei gratia nullo modo voluntas implet humana: quia nec libera dicenda est, quandiu est viuentibus & vincientibus cupiditatibus subdita. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est. Et si vos filios liberauerit, aut ipse Dei filius, tunc verè liberi eritis. De Spiritu & littera cap. 30. Neque enim lex impletur nisi libero arbitrio. Sed per legem cognitio peccati: per fidem impetratio gratia contra peccatum: per gratiam sanatio anime abolitione peccati: per animæ sanitatem libertas arbitrij: per liberum arbitrii iustitia delectio: per iustitia delectationem legis operatio. Et paulo post, Vt quid ergo miseri homines, aut de libero arbitrio audet super bire antequam liberentur, aut de suis virib. si ià liberati sunt? Nec attēdūt in ipso nomine liberi arbitrij vtiq. libertatem sonare. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus est, huic & seruus additus est. De Correctione & gratia c. 13. Hi qui non pertinent ad prædestinationem numerum, quos Dei gratia siue nondum habentes vllum liberum suam voluntatis arbitrium, siue cum arbitrio voluntatis, ideo verè libero, quia per ipsam gratiam liberato, perducit ad regnum: hi ergo qui non pertinent ad istum certissimum & felicissimum numerum, pro meritis iustissime iudicantur: aut enim iacent sub peccato, quod originaliter de generatione traxerunt: & cum illo hereditario debito hinc exeunt, quod non est regeneratione dimissum: aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt: arbitrium inquam liberum, sed non liberatum, liberum iustitia peccati autem seruum: quo voluntur per diuersas noxiæ cupiditates, alij magis, alij minus: sed omnes mali. De perfectione iustitiæ; ad ratiocinationem nonam. Per arbitrij libertatem factum, vt esset homo cum peccato: sed etiam poenalis vitiositas subsecuta, ex libertate fecit necessitatem. Et post, Victa enim vitio in quod cecidit voluntate, caruit libertate natura. Rursus, Quia peccauit voluntas, secuta est peccantem peccatum habendi dura necessitas, donec tota sanetur infirmitas: & accipiatur tanta libertas, in qua sicut necesse est, permaneat beate viuendi voluntas.

VII. Prosper contra Collatorem, Iustitiam iniquitas depulit: humilitatem superbia destruxit: continentiam concupiscentia elisit: infidelitas rapuit fidem: captiuitas abstulit libertatem: nec potuit illic vlla portio residere virtutum quo tanta irruerat turba vitiorum.

VIII. Basilius Seleucensis, homilia altera de Adam, postquam miris modis extulit liberum arbitrium homini concessum in creatione: eique sobrio concessa corporis lora: tandem, in vniuersis ἡ κενωσις τοῦ σώματος τοῦ πατρῷου ἐλατῆρ ἑαυτοῦ κατὰ κρινδρ ἂν, καὶ δυσχερίας φερύμδρ, καὶ τελευταῖοι κατὰ βληθεῖς ἐλατῆρ καὶ κρινδρ, αὐχμηρά λωτ, ἀρματ, οἰκίαι γα, ἄρμδρ, καὶ σφομετ, κέκρηζε τὰ λαιπω, ἐγὲ ἰγὰ ἄνθρωπος, πῆς με ῥύσται, ἀπὸ τῶν ἐπιμαλ, τῆ γαῖας τὰ τε: πορδὴς γδ ῥαθυμία τῶν δὲσ ποπίαν, γίνεται δὲ λ, παρῶν, καὶ πωρεσι ἀλαζείας ὁ λορσμορ παρὰ χυρῖσαι τ ἰρῶν, δὲ λ, ἡ λήχρη τῆ πηρ, ὡφ ἂν ἐτύχη δε λειδῶδ. Cum passionibus, tanquam equis quibusdam indormiuisset, non aduertit se in præcipitia atque angustias delatum: vt denique deiectus, traheretur fordidus, ac captiuus effectus sui currus, clamaret, Miser ego homo, quis liberabit me à corpore mortis huius. Cum enim sua socordia dominatum prodidisset: factus est seruus passionum.

fronum. Et cum vario thronum concessisset passionibus irrationabilibus; comperta est serua earum, quibus subdita est ut seruiat. Bernardi verba recitauimus libri precedentis c. 2. ex sermone 81. in Cantica.

IX. Respondet Costerus. Tamen magna libertas amissa sit per peccatum non tamen omnem perisse. Amissam libertatem per se a peccatis resurgendi bona inchoandi, & perficiendi, multo tempore sine nouis peccatis perseverandi: tentationibus resistendi. Non perisse vero libertatem in adiaphotis, & politicis: secundo reiciendi, recipiendi gratiam oblata: tertio admittendi cooperandi. Et explicat similitudine hominis delapsi in puteum, & ita carentis facultate spaciandi, ambulandique, aut educendi sui ipsius: ut tamen possit loqui, clamare, immisso fune sese accingere, & educentibus se, cooperari.

X. Verum ne nos quidem asserimus perisse funditus omnimodam arbitrii libertatem: retinuisse enim illam naturalem volendi, nolendi. Quid igitur? Nempe, quod tamen non erat necesse toties repetere, hoc tantum, funditus perisse libertatem a peccato siue a malo. Quod si Costerus etiam sentit, quid erat opus hac exceptione? Nulli enim citati loci de alia loquuntur, quam de libertate hac ipsa quam dixi, a peccato: atque adeo verba sunt disertissima, *Seruus est peccati, corruptionis: detinentur laqueis Diaboli.* Et qui hæc legit, potuit diuertere ad adiaphora, ad politica? Næ ille nimium Iupinus fuit disputator.

XI. Sed non amissam libertatem, inquit, admittendi, recipiendi gratiam. A se ipso? Hoc vero nos negamus. Imo vero hoc negat Scriptura, hoc negat Augustinus. Nam quia admittere gratiam, bonum est, si liberum est arbitrium ad admittendam gratiam a se ipso, tum vero id liberum est ad bonum. Quod diserte negauit Augustinus. Admitti gratiam a libero Arbitrio, hoc vero non negamus, sed admitti suis solis viribus, hoc vero falsum. Non enim nisi quatenus hoc ei Deus concedit, imo hoc in eo Deus efficit.

XII. Nec est simile exemplum hominis in puteum lapsi. Quæ enim causa eum deiecit, ab eo est aliena: nec amplius detinet. Cum homo ab eodem peccato, a quo deiectus est in hanc miseriam, in eadem detineatur, quasi cum hostis hosti deiecto insultat, & vincula iniicit. Imo longe fortius: quomodo auriga de curru deiectus, & loribus tamen alligatus raptatur ab equis ferocibus. Huic enim hoc in statu posito, ablata est omnis facultas cooperandi: nisi qui saluum voluit, donec hi ipsi equos stiterint. Ita & peccator, donec Deus peccatum cohibuerit efficaci sua gratia, nihil in se habet, quo se ipsum iuuare possit. Et tamen etiam auriga raptato voluntas remanet, remanet clamor, at peccatori non item. Ratio non difficilis. Quia raptatur auriga vi externa, quæ non potest voluntatem eius impedire, quominus adspiret ad salutem. At humanæ miseræ causa est intrinseca, quæ & mentem, indeque voluntatem occupauit: quomodo phrenitis efficit, ut phreneticus ne quidem sibi consultum velit. Vnde Augustinus tract. in Ioannem 40. *Seruus hominis aliquando sui Domini dicitur impetratio fatigatus fugiendo requiescit. Seruus peccati, quo fugiet? secum se trahit, quocumque fugerit. Non fugit seipsum mala conscientia: non est quo eat, sequitur se: imo non recedit a se, peccatum enim quod facit, intus est.*

XIII. Bellarminus & Dominicus a Soto libertatem, seruitutemque aliam esse naturæ, aliam a peccato. Libertatem naturæ opponi seruituti naturæ. At non seruituti peccati. Et seruitutem peccati, opponi libertati a peccato, non autem libertati naturæ. Porro locos recitatos loqui de libertate a peccato: Non posse enim eum, qui seruus est peccati, suis viribus excutere rugum peccati: posse tamen per liberum arbitrium adiuuante Deo liberari: & posse, si velit, per se manere in seruitute.

XIV. Optime, inquam: re vera enim Scripturæ loquuntur de libertate a peccato, sed libertas est illa, quæ Arbitrium liberum statuit ad bonum & ad malum. Itaque, si nulla sit homini libertas a peccato ante quam liberetur per Christum: nulla est etiam ad bonum. Quare peccant grauiter quicumque asserunt eo dici Arbitrium liberum, quod in sua potestate vtrumque habeat & bonum & malum. Quos si impugnat Bellarminus, bene est: Verum tamen liberari hominem a peccato per liberum arbitrium adiuuante Deo, ambiguum est. Alias enim intelligi potest, hominem liberari a suo arbitrio, quomodo adiuuat Deus: ita ut efficiat sit arbitrii ad libertatem consequendam. Alias vero liberari hominem a Deo, per liberationem ipsius Arbitrii: hoc est liberari hominem a peccato, quia ipsum liberum arbitrium, quod erat seruum, liberatur. Et hic sensus verus est. Ille autem falsus. Interea certum est, non esse vsquequaque hominis voluntatem liberam: nimirum quia feruiat peccato: quæ nostra est controuersia.

XV. Iam de Augustino (nam reliquos vel dissimularunt, vel non viderunt) etsi poterat, meo iudicio eadem libertatis naturæ, & a peccato sufficere, distinctio: tamen maluerunt sigillatim. Primo igitur hominem perdidisse liberum arbitrium, non quasi nullum prorsus superesset: verum, quia deterius reddidit: quomodo perdidit filium, qui sua lenitate finit flagitiosum fieri. Et amissum, quomodo quæ bello in potestatem hostium deuenerunt. Probatur: primo, quia etiam homo dicitur se perdidisse. Secundo, quia ad Bonifacium lib. 1. c. 2. ita Augustinus explicat, *Quis nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem perierit per peccatum: sed illa quæ in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam, propter quod natura humana diuina indiget gratia, dicente Domino: Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis.*

XVI. Et vero, inquam, perisse omnino liberum arbitrium, absit, ut quifquam ex Augustino colligat: absit ut neget perisse, cum deterius est factum. Videat tantum ne illud deterius, diluvis intelligat. Nam nos quidem admittimus: dum significet ita manere arbitrium liberum, ut tamen prorsus sit factum malum. Nec filii perdidit exemplum abnuerimus: dum ita, ut Aristoteles dixit 3. Ethic. *ἂν ὅτι ἐστὶ μὴ εἶναι*: nulla amplius relicta facultas est ut ne sit perditus. Et ita omnino dicitur homo se perdidisse: non quia non sit: sed quia malus sit, nec possit non esse, nisi reuoluit. Nec alia mens Augustino ad Bonifacium: ideo addidit, quæ Bellarminus reiecit, *Tunc vere liberi eritis: utique liberi ad bene iustaque viuendum. Nam liberum arbitrium vsque adeo in peccatore non perierit, ut per illud peccent maxime omnes qui cum delectatione peccant: sed amore peccati hoc eis placet, quod eis libet.* Vnde & Apostolus, cum essetis, inquit, serui peccati, liberi suis iustitiam. Ecce ostenditur etiam peccato minime potuisse, nisi alia libertate, seruari.

XVII. Secundo Bellarminus respondet, cum sine gratia Dei dicitur non posse esse liberam voluntatem, gratiam accipi largo modo, pro auxilio ne-

cessario ad non peccandum. Nam sine ea non esse liberam voluntatem quoad exercitium, id est, non habere usum liberi arbitrii. Tamen absolute esse liberam: quoniam ad auxilium nulli desit. Quomodo, etsi non possit oculus cernere sine lumine, tamen non sequitur, absolute non posse cernere.

XVIII. Sed primo illud voluntatem non habere usum liberi arbitrii, quid sit, ego quidem assequi non possum. Vix alii, puto. Nam Baptistæ Breviator prorsus omisit. Ratio difficultatis: quia voluntas & liberum arbitrium, re non differunt. Deinde quatenus ratione differunt, tum voluntas significat actum elicatum Arbitrii: qui exercetur in actibus imperatis: malis quidem, scortatione, furto, cæde, mendacio: bonis autem castitate, liberalitate, charitate, veracitate. Quum igitur dixit Augustinus voluntatem non esse liberam, aut omnino intellexit liberum arbitrium non esse liberum, quod & alias sepius dixit, aut certe non tantum quoad exercitium: sed etiam quoad fontem, ut ita dicam, exercitii, id est, actum elicatum: nempe, ut non possit velle, nisi male, donec fuerit liberatum. Quare aut nihil Bellarminus dixit, sed tantum puluerem excitauit, ut videretur distinguere, cum tamen non distingueret: vel falsum dixit.

XIX. Iam illud de auxilio gratiæ ad non peccandum, quod nulli desit, vehementer est absurdum. Nam Augustinus diserte negat voluntatem esse liberam sine hac gratia. Et intelligit cum ea gratia esse liberam: itaque addit illud Christi, *Si vos filius liberauerit.* Et alibi: *per fidem impetratio gratiæ contra peccatum: per gratiam sanatio animæ abolitione peccati: per animæ sanationem libertas arbitrii.* Quis inde non videt confici, hanc gratiam, sine qua non est libera voluntas, non præsto esse omnibus? Alioquin in nullo homine arbitrium non esset liberum. Quod quis ferat? Esset enim captiuum illud arbitrium, de quo tam multa Augustinus, res de solo titulo, figmentum in rebus: quod de libero arbitrio Papistarum dixisse Lutherum indignantur Papistæ. Imo inepte Christus dixisset, *Si vos filius liberauerit*: alloquens eos, quia iam per auxilium, quod nulli desit, fuissent liberati.

XX. Denique similitudo oculi, est dissimilis. Quia oculus in sese habet facultatem videndi, etiam si nulla sit lux. Nam hæc lux, etsi necessaria sit ad cernendum, tamen in oculo nihil operatur: sed in obiecto, quod illustratur: itaque præfente luce, oculus sua ipsius vi cernit obiectum. At voluntas, adeo non vult bene, absente gratia, ut ne possit quidem: atque id suo vitio, quia corrupta, id est, mala. Idque adeo apparet, quia ex acutus homo dicitur: quod tamen de eo non dicas, qui in tenebris versatur: sed de eo qui caret facultate oculi, ad fruendum lucem. Quare similitudo aptior esset, si asfumeretur cæcus, exempli gratia, ex Ioannis nono: cui oculi erant, si potentiam remotam consideres, dispositi in vtrumque, hoc est, & ad cæcitatem, & ad lucem fruendam. Sed actu tantum in alterum: nempe ad cæcitatem. Itaque non potuit sine gratia Dei frui luce. Et hæc gratia non id efficit, ut absentem lucem Solis (puta noctu) admoueret: sed ut corruptionem illam oculorum auferret, id est, oculos ipsos sanaret. Nam etiam Augustinus per gratiam dixit esse animæ sanationem: & per hanc, libertatem arbitrii.

XXI. Tertio, cum dixit Augustinus, *Per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam sanatio animæ abolitione peccati: per animæ sanationem libertas arbitrii*, respondet Bellarminus, aperitissime loqui de libero arbitrio, ut denominatur a libertate gratiæ, non a libertate naturæ. Ratio. Quia si per fidem gratia, per gratiam sanatio, per sanationem libertas: Ergo hæc in nobis nulla esset ante fidem, & iustificationem. At liberum arbitrium, quod denominatur a libertate naturæ, præcedit fidem. Hoc probatur ex ipso Augustino, qui de Spiritu & Litera cap. 33, testatur liberum arbitrium naturaliter attributum animæ rationali, esse vim illam mediam, qua vel intendi ad fidem vel inclinari ad infidelitatem potest.

XXII. Verum est Augustinum loqui de libertate gratiæ: nec debuit aut probari, aut etiam notari a Bellarmino: nam vel cæcus videat. Verum tamen non soluitur nodus. Nam quaeritur de libertate, quæ bonum & malum habeat in sua potestate. Hanc Augustinus dixit esse a gratia, non a natura. Nempe, quia libertas naturæ agnoscitur in omni homine: sed abstractè considerata, ad velle, & nolle. At vero si concrete ad velle bonum, & velle malum, tum alia ratio est: quia libertas ad velle malum tantum, est a natura: non tamen a natura, quomodo ad velle & nolle: nam hæc a natura creatæ cum illa ad velle malum, sit a natura corrupta, secundum quam naturam Paulus dixit nos natura filios iræ. Et Augustinus, carere naturam libertate. Libertas autem ad velle bonum, id est, liberatio a malo ad bonum, quæ erat naturæ creatæ, non est naturæ corruptæ: sed redditur naturæ restauratæ per gratiam.

XXIII. Porro, facultatem mediam Augustinus appellauit arbitrium liberum, consideratum in potentia remota, & ut ita dicam, abstractè: ut significet sua natura, quæ accepta est a creatione, tale esse, ut necessario sit neque bonum, neque malum: nempe ad discrimen creaturarum non rationalium, quæ nulla potentia disponuntur ad alterutrum. Itaque sine dubio intendi potest ad bonum, & remitti ad malum: sed remanet quaestio, vnde intendi, vnde remitti. Et solutio certa: remitti sui ipsius viribus, propter corruptionem: intendi tantum a gratia. Et obseruo Bellarminum scribere, *Quæ intendi potest: ast apud Augustinum legi, Quæ intendi potest*: Discriminè nonnullo, aut inutili. Nam etsi verum per illam facultatem intendi hominem ad bonum, & remitti ad malum: tamen maluit Augustinus dicere, ipsam illam facultatem intendi, & remitti: tum enim melius significatur, & quid corruptio fecerit in homine: & quid gratia faciat. Nempe & illud ipsum, vnde intendi homo debuit ad bonum, per corruptionem esse inclinatum ad malum. Et hoc ipsum, vnde homo inclinatur ad malum, nec nisi inclinatur ad malum, ad bonum per gratiam intendi. Itaque, ut ad rem redeam, est quidem ante gratiam facultas illa, quæ potest intendi ad bonum: sed non intenditur, nisi per gratiam. Ideoque non est in vtrumque libera vere, nisi postquam liberata, ut possit non peccare.

XXIV. Quarto, respondet Bellarminus, multiplicem esse necessitatem. Primo, patenti motus carnis repugnantes legi mentis. Secundo, peccandi ex ignorantia. Tertio, diuine gratiæ, tum ad remissionem peccati contracti, tum ad vitanda futura. Quarto, habendi peccatum aliquod veniale. Quinto, faciendi actus malos, posita mala & efficaci voluntate. Sexto, faciendi absolute aliquid. Ex iis variis necessitatibus solam postremam tollere liberum arbitrium: non item reliquas. Porro Augustinus loqui de prima & secunda, cum dixit, *Pannalis vitiositas subsequens, ex libertate fecit necessarium,*

cessitatem. Ideo subicere, vnde ad Deum fides clamat, De necessitatibus meis educe me: sub quibus positi, vel non est sumus quod volumus intelligere, vel quod intelleximus volumus, nec valeamus implere. De quarta vero, quum dixit, Sequitur est peccantem, peccatum habendi dura necessitas. Vltimam autem nunquam Augustinum alleruisse.

XXV. Atqui necessitatem illam sextam faciendi absolute aliquid, vt scripsit Baptista: siue vt Bellarminus, quæ absolute facit, vt homo non fit dominus suæ voluntatis, nemo est Catholicorum, qui somniauerit statuendam in homine, necdum ab Augustino demonstratam. Itaque ea solutio nulla est. Et si enim homo sua natura corruptus, non possit bene velle, sed tantum male: tamen non propterea non est dominus suæ voluntatis: & hæc tenus liberi arbitrii. Sed vicissim, etiamsi homo sit liberi arbitrii, & eatenus Dominus propriæ voluntatis: tamen non propterea non est feruus peccati, nec potest non male velle. Et hæc doctrina est Augustini: cui eam ob causam dicitur libertate carere natura.

XXVI. Quod attinet ad species necessitatis: non est necesse agere de tertia, & quinta: quia ne Bellarminus quidem posuit Augustinum de his esse loquutum. Et alias per se perspicuum. Nam tertia, quæ necessitas est gratiæ, non potuit in eo sermone locum habere, qui disputat, per quid efficitur homo cum peccato, per naturam necessitatem, an per arbitrii libertatem. Nam ea erat ab hæretico thesis proposita: gratia autem ad neutram potest referri. Et quamuis necessaria sit, tum ad remissionem, tum ad euitationem peccatorum: tamen nullo bono sensu dici potuit causa, per quam efficitur homo cum peccato. Quod ad quintam attinet, quid opus fuisse supponere malam & efficacem voluntatem, de qua ipsa agebatur? Quærebatur enim, qui fieret, vt homo non esset sine peccato. Hinc qui respondisset, non posse non facere actus malos, si malam haberet voluntatem, quid aliud, quam se ridendum propinasset?

XXVII. Restant igitur prima, secunda & quarta. Hic primum miror, cur ita separata sint Augustini verba, vt prima intelligantur de prima & secunda necessitate, magis, quam de quarta: vt reliqua de quarta magis, quam de prima aut secunda. Nam vel dormitat, qui legit, vel facile intelligit eundem continuari sermonem: ac proinde, vbique de eadem agi necessitate. Videlicet curiosi Sophistæ sunt, & vt serio loqui videantur, & in soluto, & friuolis subtilitatibus acuminis laudem affectant, simul etiam nubem excitant, quæ veritatis Solem offuscat: si tamen posset Sol veritatis offuscari.

XXVIII. Caterum Augustini scopus perspicuus. Non poterant Cælestiani ferre, quod à Catholicis audiebant, Non posse hominem esse sine peccato, nisi per gratiam, & ratiunculas concinnabant contra. Inter quas, hæc vnam: Vel natura peccat homo, vel libero arbitrio. At non per naturam necessitatem: quia culpa careret. Non per arbitrii libertatem, quia hæc est bonum Dei donum, non autem esset bonum, si magis ad malum, quam ad bonum pronum est. Est autem magis ad malum pronum, si potest homo per illud esse cum peccato, & non potest esse sine peccato. Hic respondet Augustinus, esse cum peccato hominem per liberum arbitrium. Sed, quia Cælestiani inde inferebant pronitatem ad vtrumque, caute obseruat post primū peccatum, quod sane nulla necessitate est contractum, inductam esse necessitatem: qua fiat, vt non possit esse homo sine peccato. Quorum ergo necessitatis distinctiones, tam scrupulose conquisitæ? Aut quid interest, vtrum per concupiscentias carnis, an per ignorantiam? Nobis sane perinde vtrumque dum constiterit inde factam arbitrio necessitatem peccandi, à qua liberari nullo modo possit, nisi per gratiam. Et sane ita est, vt paulo post dicemus, peccati geminum fontem esse; vnum à deprauatione intellectus, id est, ab ignorantia, alterum ad infirmitate voluntatis, quæ non potest peccato resistere.

CAP. II.

Peccatum esse homini corrupto naturale.

I. Secundum argumentū Catholicorum, à deprauatione humana; quæ sita describitur, vt sit altera natura: altera, inquam, quia certū non esse eam naturam, quæ primum à Deo condita: non potest enim Deus esse autor peccati: sed ab ea conditione, quam sibi suo proprio vitio fecit homo: quæ conditio cum esset primo homini accidentaria; deinceps tamen facta est naturalis. Sic ergo argumentor: Quicquid est homini naturale, id est homini inuitabile, nisi per diuinam potentiam. At peccatum est homini naturale: Ergo peccatum est homini inuitabile: nisi per diuinam potentiam. Ideoque non potest homo per suum liberum arbitrium vitare peccatum. Imo fortius: quia peccatum in homine sedem nullam habet, excepto libero arbitrio: inde necessario sequitur, peccatum esse naturale libero arbitrio, ac proinde non posse liberum arbitrium, suis viribus liberari à peccato. Quomodo, quia ratiocinatio est homini naturalis: & non est nisi in anima, conficitur ratiocinationem esse animæ naturalem.

II. Probatur assumptio. Paulus ad Ephesios 2. *Eramusque natura filij: sicut etiam reliqui.* Dignus locus, cuius verba singula expendantur. Primo, manifestum loqui de omnibus hominibus: eos enim significant illa verba, *Et nos sicut etiam alij*: vt non Gentiles tantum intelligantur: sed etiam Christiani: imo & Iudæi. Secundo *filios ira*, quod dicit, satis apparet præsupponere peccatum. Tum, quia non exierit ira Dei in quemquam, nisi propter peccatum: vt necesse sit, in his qui natura sunt obnoxii iræ, naturaliter etiam inesse peccatum: Tum vero, quia contextus id sonat, *Et vos, quum essetis mortui in offensis & peccatis: in quibus olim versati estis, vt est vita mundi huius secundum principem potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in filios diffidentia: inter quos & nos omnes conuersati sumus olim in cupiditatibus carnis nostræ, facientes quæ carni ac cogitationibus libebant.* Eramusque natura filij iræ. Vbi notandum, significari non tantum peccatum originis: sed etiam peccata actualia: nam alio referri nequeunt, nisi ad *πρώτην, καὶ αἰσθητικῆν*. Peccatum originale enim est vnum peccatum, non plura. Multo minus ista, *In quibus versati estis.* Omnes conuersati sumus. Facientes quæ carni, ac cogitationibus libebant.

III. Quanquam vix nobis necessaria sunt argumenta, qui habemus testes aduersarios. Bellarminus de amissione Gratiæ libri 2. c. 17. *Factum asserimus omnino naturaliter, vt, primo homine cadente, genus humanum vniuersum*

caderet. Naturam enim in se primus homo vitauit, cum iustitiam illam originalem amisit, quam Deus illi pro se, & toto genere humano donauerat. Quare qui per naturalem propagationem filij Adami efficiuntur, naturaliter iniusti, & peccatores nascuntur, quod Apostolus docet, ad Ephesios secundo.

IV. Addo alium locum. Christus Dominus Ioannis 3. *Quod genitum ex carne, caro est.* Vbi primo dubium nullum, sermonem esse de vniuersa humana progenie, præcedebat enim: *Amen, amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.* Cuius tamen grauis denunciationis causa statim illa subiicitur: quia omnes homines carne geniti, sunt carnales. At caro, quo sensu dicta sit, non est difficile conuicere. Non enim proprie. Quia hæc nulla esset præcedentium ratio. Scimus enim homines non propterea arcti regno Dei, quia sunt carnei. Ergo figurate. Et si autem carnis figurate dictæ varii possunt esse sensus, tamen is eligendus, qui priuationis regni Dei causa est. Hæc autem absque vilo dubio est in peccato. Quare sensus est, à peccatoribus natos, esse peccatores: vel potius, id quod à peccato natum est, esse peccatum. Et si enim vtriuque idem sensus sit: tamen in his verbis maior est veritas. Sed carnis metaphora apta est. Posset enim quis forte dicere, etsi peccatores sint, qui de peccatoribus nascuntur: tamen non habere à natiuitate, sed aliunde, puta ab imitatione. Verum carnis similitudo huic cauillationi ansam præcidit. Nam id quod generatur à carne, ita caro est, vt non sit tamen aliunde caro: sed inde, quia generatur à carne.

V. Testes Papistæ. Iansenius Concordiæ c. 20. *Cum spirituale, & cæleste regnum Dei caro & sanguis possidere nequeat, vt habet diuus Paulus, necesse est, vt id quod ex carne natum, tantum caro natum sit: deinde etiam ex spiritu nascatur spiritus, vt sic regnum Dei ingredi possit.* Cum autem hic dicitur *caro est, & spiritus est, caro accipi debet pro re vel homine carnali, quem Paulus vocat hominem animale, qui non percipit ea quæ sunt cælestia, & spiritualia: sed tantum ea quæ sunt carnis.* Villagudus in Ioannem. *Pergit Christus Nicodemum erudire, adducens ariologiam, seu causam redditionem eius quod promissit: Nisi quis renatus fuerit, & cetera.* Nam omnis natus ex carne, prima illa & naturali natiuitate, nihil est nisi caro: hoc est, nihil sapit nisi carnem. Carnales sumus, venditi sub peccato. Et paulo post, *Iam Adam per inobedientiam amisit imaginem Dei, & factus est imago Satanae, mancipium peccati, mortis, & inferni: & quod maxime est dolendum, impotens factus suis viribus, quibus ad amissam effigiem resurgere nequit. Tales ergo habet posteris. Quare omnis homo ex Adam natus, præter carnalia, nihil capit, sapit, intelligit, ac potest.* Salmero tract. 5. tom. 8. *Quod natū ex carne, caro est, id est, ex generatione carnali non nisi carnales, bruti, ferini, & mortales proseminantur homines.* Et post, *Denique nihil aliud est homo secundum carnem, quam vniuersa vanitas; vel vanitas vanitatum. Omnis enim caro, vt fænum, & omnis gloria eius tanquam flos fæni. Hoc est, seruus est peccati, omnibus bonis dispoliatus, diaboli mancipium, mortis, & inferni captiuus, expressaque similitudo Satanae, cuius Filij & nominamur, & sumus.*

IV. Verum Hieremiæ 13. simul habemus & assumptionem & conclusionem. *An mutabis Æthiops pellem suam, & pardus varietates suas? Et vos poteritis bene facere, edocti male facere?* Si non potest homo benefacere, ergo non habet vtrumque in sua potestate. Maxime, si merito comparatur Æthiopi, & Pardo. Nam hi nullis suis viribus, nulla sua arte immutari possunt. Est quidem verum, quod hic ar notat contra hæreticos Hieronymus, esse possibile apud Deum, quæ apud homines non sunt. Verum hoc nihil ad nostram controuersiam, quæ concedit posse per gratiam hominem ita mutari, vt possit non peccare, imo possit benefacere. Sed ponit tamen tam esse seruū peccati hominem, vt sui arbitrii viribus non possit aliud quam peccare; quomodo Æthiops non potest à se esse non niger.

CAP. III.

De intellectu vitiatō.

I. Sed enim, quam corruptionem naturæ hominis Scripturā tribuit, eandem per partes exsequitur diligentius, quod nos omittere non debemus. In homine liberum arbitrium est ex intellectu & Voluntate, quæ facultates sunt humanæ animæ, quas ambas vno nomine ita contigit appellari. Itaque omnino necesse est tale esse liberum arbitrium, quæ sunt intellectus & Voluntas. Esto igitur nobis tertium argumentum ab intellectu vitiatō: Si intellectus hominis malus est, ergo liberum arbitrium non est bonum, & si non bonum, ergo nec liberum à malo. At prius verum, ergo & posterius.

II. Consequentia, etsi per se sit manifesta; tamen probatur etiam Matthæi 6. *Lucerna corporis est oculus, itaque si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit, quod si oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosus erit. Ergo si lumen quod est in te, tenebre sunt, ipse tenebra quantæ? Quo loco consentiunt omnes Interpretes metaphoricum esse sermonem à luce corporis ad lucem mentis *ὁ πῶς ἂν ἰσὶ ὁ φῶς ἄρα τῆς ψυχῆς*, inquit Chrysostrōmus, *Quod est oculus corporis, hoc intellectus est animæ.* Itaque sensus is est, quem exprimit Iansenius, *Hæc mens, si fuerit pura, erit etiam totum corpus lucidum, hoc est, etiam omnes vires & operationes hominis erunt clara, & à peccato pura.* Si vero mens ipsa, quæ reliquis viribus ex sese tenebrosus lumen præbere debet, quæque omnium operationum est causa, fuerit vitiatata; omnes animæ vires tenebrosæ erunt, quia nihil recte agent, omnesque operationes tenebrosæ, quia tenebris peccatorum inuolutæ, & lumine rectæ rationis destituta. Lucas Brugensis, *Si cor tibi fuerit simplex, mundum purum, ac prauarum cupiditatum dominio liberum, ad cælum, & solus in cælo thesauros erectum, omnes affectus tui suas habebunt actiones, ita vt decet compositas, apta dignaque erunt opera tua, quæ ab omnibus videantur.* Si cor tuum fuerit auaritia, aliæque cupiditate excæcatum, deprauatum, inquinatum, si opibus aut voluptatibus terrenis addictum, affixumque, omnes affectus tui, tenebris inuoluentur peccatorum, nihil agent recte, in vauia cæci vitia ferentur indigna luce.*

III. Superest ergo probandum antecedens, hoc est, intellectum esse in omnibus hominibus vitiatum, corruptum, prauum, tenebrosum, & si quid præterea. Heic mihi prima probatio esto à locis loco iam citato vicinis, *Si oculus tuus malus fuerit, aiebat Dominus. Ergo nunc probemus oculum malum fuisse. Lucæ 4. Spiritus Domini super me, propterea quod unxit me, vt eu-*

angelizem

Evangelium pauperibus: misit me, ut sanem contritos cordes...

IV. Matthæi 4. Populus positus in tenebris, vidit lucem magnam...

V. Itaque salus in Christo describitur liberatio à tenebris...

VI. Extra Christum igitur sunt omnes homines in tenebris...

VII. Sed quomodo homines dicantur tenebræ, discamus non iam à nobis...

VIII. Sed potentissimè, ad Romanos 8. Qui secundum carnem sunt, sapiunt...

IX. Genesios 6. Omne figmentum cogitationis, siue vt Tremellius maualt, Omne figmentum ac cogitationes cordis hominis est tantummodo malum omni tempore...

X. Atque hinc est, quod Paulus 2. ad Corinthios 3. negat nos idoneos esse cogitare aliquid ex nobis...

XI. Quid ergo nunc obstat, quominus certa sit argumenti conclusio? Nam & quæ aduersarii opponant pauca vidi...

XII. Tapperus vero generalius: locos à Caluino citatos, docere voluntatis impotentiam ad bene iusteque viuendum...

XIII. Sed hæc tam sunt leuia, vt verear, ne admonitione non indigeant. Primo in Genesi duo sunt loci: quorum alter figmentum dicit esse malum...

XIV. Secundo, quod illud est Tapperi, ablatam per peccatum potestatem ad bene iusteque viuendum, at non libertatem?

XV. Tertio, quid rursus illud? Libertatem bene sancteque viuendi, & salubria cogitandi, per peccatum perisse...

CAP. IV.

De Voluntate vitiatâ.

I. Hæcenus de intellectu vitiatâ. Nunc de altera facultate, quæ dicitur voluntas...

II. Sed voluntatis in homine non regnât corruptionem facile docemus. Primo Ierem. 17. Fraudulentum est cor præ omnibus rebus...

III. Paulus ad Romanos septimo: Quam essent in carne affectus peccatorum, per legem existentes vigeant in membris nostris...

significat hominis statum ante acceptam gratiam, itaque naturam hominis, qualem habet inde ab Adamo peccatore, quod bene vidit Salmero, *Hoc loco inquit, Caro est vetus homo, & sensus qui spiritui adversatur, nudatus iustitia originali, radix & fomentum peccatorum.* Hoc ergo in statu affectus peccatorum, *περὶ τὴν ψυχὴν τοῦ*, passiones habet vulgata editiv Syrus **כח** perturbaciones, interprete Boderiano, Tremellio vero, infirmitates. Melius, credo Beza affectus, id est, ut explicat, motus qui inducunt ad peccatum. Nam certe & τὸ οὐκ ἔστιν, & τὸ οὐκ ἔστιν infirmitatibus non videtur quadrare, quæ nihil efficiunt: sed tantum, ut ita dicam, patiuntur. Perturbaciones, nimis generale vocabulum, nisi arctetur, & intelligatur proprie de inordinatis motibus animi, id est, mentis & voluntatis. Quæ ratio est etiam in passionibus. Quid? quod non dixit Paulus, *περὶ τὴν ψυχὴν τῶν ἀμαρτανῶν* simpliciter, sed *περὶ τὴν νόσον*; Quod certe neque de peccato originali; neque de mentis cæcitate, ni fallor, intelligi potest, sed de voluntate, quæ legis prohibitionibus irritata, quasi inrumescit in nobis. Quomodo postea Paulus peccatum dicit fieri *καὶ ἡ ψυχὴ ἐβόλλω* peccans *διὰ τὴν ἐπιθυμίαν*. Hæc igitur *περὶ τὴν ψυχὴν*, *καὶ τὸ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν*, erant in nobis non potentia, sed actu, itaque vigeabant, inquit, Beza. Vetus interpret, *operabantur*, Syrus **עבדו** efficaciter erant. Et quidem in Nobis, non in vobis tantum Romanis Ethnicis, sed in nobis etiam Iudæis, id est, in omnibus hominibus.

IV. Ad Ephesios 4. Deponere, quod ad pristinam conversationem attinet, veterem illum hominem, *τὸν φησὶ ἐξ ἑσθρον ἐπεὶ ἐπιθυμίαι τῆς σαρκὸς.* Qui deceptivibus cupiditatibus corrumpitur. At cupiditates, ut Beza reddidit, siue desideria, ut Vetus Interpret, manifeste ad voluntatem pertinent. Ergo vetus homo, id est, hominis natura peccatrix corrumpitur desiderii illis pravis. Et ut quis fiat fidelis, debet deponere, exfueri illum hominem veterem. Vnde manifesto sequitur, sine gratia, per quam sumus Christiani, indui nos veteri homine, ac proinde in voluntate nostra, existere *περὶ τὴν ψυχὴν τῆς ἐπιθυμίας*.

V. Quomodo idem secundo capite, Et nos omnes conversati sumus olim in cupiditatibus carnis nostræ, facientes quæ carni, ac cogitationibus libebant. En tibi & cupiditates carnis, non proprias quorundam, sed communes omnium. Nos omnes, inquit. Et facientes *περὶ τὴν ψυχὴν τῆς σαρκὸς καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν, voluntates carnis, & cogitationum.* Et hoc ponit quisquam legere, ut non statim obseruarit voluntatem hominis non regeneriti, non esse bonam? Certe non nominat eam Paulus cum laude. Quo referri & illud debet, ad Galatas, *Desideria carnis ne perficite.*

VI. Sed hoc longe tristissimum, primo ad Romanos, Tradidit illos Deus cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem. Sæmoro. Ex quo uno apparet hominis corruptio, qui in sordidissimis, & homine indignissimis cupiditatibus sibi ipsi relictus versatur. Certe non potuit luculentius à Paulo describi nequitia voluntatis humanæ, cum satis fuerit iustitiæ diuinæ ad vindictam idolatriæ, hominem sibi ipsi, suisque cupiditatibus permittere. Nam si non essent cupiditates malæ, & quidem tantummodo malæ, incertus fuisset vitiosis euentus, & nonnulli quidem proficissent in deterius, at non omnes. Quomodo in magno naufragio pereunt non omnes, sed nonnulli, etsi pauci saluantur, siue propria industria, siue aliam ob causam. Sed Dei iudicia, quis ferat ita ferri in incertum? Deinde permillos dicit suis cupiditatibus, ad impuritatem; cuius effecta describit postea. Et hoc clare significat, quicunque homines suis permittuntur cupiditatibus, fordescere magis, ac magis nec nisi fordescere, nunquam autem emergere ex impuritate. Ergo, inquam, voluntas hominis sine gratia, tantum est mala, h. e. tantum est ad malum.

VII. Prosper de vocatione Gentium libri 1. c. 2. triplicem in homine distinguit voluntatem. Sensualem, qualis est in infantibus, & fatuis. Animalem, quæ etsi possit sese attollere supra sensualem, tamen in terrenis occiduique versatur, hanc esse in ætate profectionibus. Spiritualem, quæ omnes affectus vnde cumque nascentes, supernæ rationis lege diiudicat. Tū de animali multa, inter quæ ista, Hæc voluntas vaga, incerta, infirma ad efficiendum, facilis ad audiendum, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, suspitionibus inquieta, gloriæ quam virtutum audior, fama quam conscientia diligenter, & per omnem sui experientiam miserior, fruendo ut qua concupuerit, quam carendo, nihil in suis habet viribus, nisi periculi facili: atem, quoniam voluntas mutabilis quæ non ab incommutabili voluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni. Idem c. 9. Licet insit homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum velle, & illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam.

C A P. V.

De operibus Liberi arbitrii, quid Papista sentiant.

I. Estigitur hominis Liberum arbitrium penitus corruptum in vtraque sui parte, Intellectu, quo res quasque iudicat, & voluntate, qua ad res iudicatas fertur. Quid ergo aliud sequitur, quam ut mala amplectatur, bona repudiet? Est ergo liberum arbitrium malum. Ac proinde non ex se liberum ad bonum. Sed hoc cuiusmodi sit, alius videndum. Esto igitur tertium nobis argumentum. Si quicquid est à solis arbitrii viribus, est peccatum, ergo id arbitrium non est æque liberum ad bonum & ad malum. Sed antecedens est verum, ergo & consequens.

II. Consequencia per se ipsam est evidens. Sed de antecedente controvertia est. Itaque eam Papistæ negant. Romæus veritate. 14. Plane manifestissimum est, quantum aberravit à veritatis via, & Manichæi olim, & nostra hæc tempestate Lutheranorum temeritas, qui omnes dogmatizare contendunt, atque præscribunt, liberum hominis arbitrium sibi dimissum, cum generali Dei influenza, nihil posse nisi solum peccare. Sed hic imperitissime Manichæos nominavit, quorum alia fuit longeque alia sententia, ut de arbitrio sibi dimisso ne loquerentur quidem, quasi sibi putarent aliquando posse non dimittere, hoc est, Dei gratia liberari à malo, quod illi nunquam potuere in animum inducere. Quamquam de his nihil necesse est, nos esse sollicitos, quorum erat nulla sana sententia. Sed quos Papista Lutheranos appellat, ij veio

docent, non posse liberum arbitrium sibi permissum, non peccare: quod Romæus improbat.

III. Dominicus à Soto libri primi de Natura & Gratia c. 19. geminam format quæstionem. Vnam, Vtrum omnia opera liberi arbitrii, siue in infideli, siue in reciduo Christiano, sint peccata. Alteram, Vtrum absque auxilio gratiæ, solo generali influxu Dei, possit homo per sua naturalia opus vllum facere, quod sit genere, seu moraliter bonum. Harum quæstionum priorem negat ab vllis Catholicis affirmari: & contra disputat eo toto capite: posteriorem vero confirmat sequentibus. Sed & Aquinas parte 2. a. q. 10. art. 4. negat omnia infidelium opera esse peccata. Imo Concilium Tridentinum, sessione 6. can. 7. anathema denunciat dicentibus, opera omnia ante iustificationem facta, verè esse peccata, vel odium Dei mereri.

IV. Quare sententia Papistarum hæc est, Non esse adeo corruptum liberum arbitrium in homine, ut etiam destitutum gratia Dei, non possit aliquid agere opus quod non sit peccatum, sed sit potius opus bonum. Tantum concedunt non esse meritum, quia nihil admittunt meritum, quod sit factum extra statum gratiæ. Quamuis nonnulli paulo in alium sensum distinxerint, meritum de Congruo, & de Condigno. Quod vtrum exploratum sit, illi viderint. Certe Dominicus à Soto directe negat ante iustificationem vllum esse posse meritum, siue de condigno, siue de congruo, capite 4. libri 2. de Natura & Gratia.

V. Sed nos non est opus consecrari istas minutias. Quum enim hæc meriti distinctio supponat opus bonum: nos, si docemus nullum esse arbitrii opus bonum, absque gratia, ansam omnem præcidimus huic distinctioni. Imo etiam abunde refutamur eorum sententiam, qui crediderunt posse hominem sese præparare ad gratiam suis operibus, quod tamen Bellarminus strenue negat, capite quinto libri sexti de Gratia & Libero Arbitrio.

VI. Sed idem nihilominus, capite nono libri quinti disputat, posse hominem sine fide, non tantum cum speciali auxilio Dei, sed etiam absque eo, bonum aliquid morale perficere, si nulla tentatio urgeat. In quo si morale intelligeret, id tantum bonum, quod hominum iudicio bonum est, & laudandum: non haberet Catholicos aduersarios, quorum sane nullus Epaminondæ Demetrium æquavit, aut Catoni Antonium: Scipionius Mallianissam. Sed illi mens alia est: Testatur enim, se quidem potissimum probare velle, non esse peccata omnia opera quæ fiunt sine fide, præsertim cum auxilio speciali Dei: sed & hoc tamen, posse fieri aliquod opus bonum moraliter, non solum sine fide: sed etiam sine speciali auxilio. Itaque morale quod prius dixit, opponit ei quod in Theologicis habet rationem peccati: ac proinde censendum ex iudicio Dei.

C A P. VI.

Quicquid sit sine fide, esse peccatum.

I. Negatur ergo à Papistis Antecedens: Id confirmandum est: Nam obiectiones postea videbimus. Primo: Quicquid sit absque fide, peccatum est, At quicquid sit solis Arbitrii viribus, sit absque fide. Ergo quum quid sit solis arbitrii viribus, est peccatum. Assumptio certa. Quia fides non est à libero Arbitrio; aut vllis eius viribus: sed ab inspiratione: qua de re nemo est Christianorum qui dubitet: atque adeo Concilium Tridentinum, sessionis sextæ canone tertio, anathema denunciat: si quis dicat sine præueniente Spiritu Sancto inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut penitere posse sicut oportet. Quamquam seuerius Patres. Augustinus ad Simplicianum quæst. 2. Nisi vocando præcedat misericordia Dei, nec credere quisquam potest. Idem in quinquaginta homiliis; homil. 17. Sed ego, inquit, credidi. Concedo: verum dicit. Tu credidisti: sed non tibi tu fidem dedisti. Epistola 46. Probatur per testimonia sacrarum Scripturarum, & bona opera nostra, & piæ orationes, & rectam fidem nullo modo in nobis esse potuisse, nisi hæc accepimus ab illo, de quo dicit Apostolus Iacobus, omne dictum optimum, & omne donum perfectum desorsum est, descendens à Patre lumine.

II. Maior autem perspicua est, tum ex Scripturis, tum ex Patribus. Certè Paulus ad Hebræos 11. Fieri non potest, ut sine fide quisquam placeat Deo. At certe quicumque bene faciunt, placeant Deo.

III. Bellarminus responderet, intelligendum, ut quis amicus Dei constituarur. Nam alioquin sicut natura humana placet Deo: ita opera facta ex bono naturæ, sine admixtione malæ alicuius circumstantiæ, Deo placere.

IV. At ego contra Bellarminum, recito Augustini siue Fulgentii verba, prologo de fide ad Petrum Diaconum. Gaudeo, quod pro fide vera sine vllis perfidia vitio custodienda sollicitudinem geris: sine qua nulla potest prodesse, imo nec esse conversio. Apostolica quippe dicitur autoritas, quia sine fide impossibile est placere Deo: Fides namque est bonorum omnium fundamentum. Non tantum nullam esse conversionem: sed etiam omnium esse bonorum fundamentum. Ergo si ea nulla est, nullum esse bonum necesse est. Placeat autem Deo bona opera, quibus nulla admixta est mala circumstantia: hoc vero libenter concedo: sed ab homine in puris naturalibus posse aliquid eiusmodi bonum fieri: id vero est quod negamus, quod contra disputamus. Prosper contra Collatorem. Puto istum verisimilitudine decipi & in specie falsarum errare virtutum: dum ea bona, quæ non possunt nisi ex Dei munere haberi, etiam in impiorum animis existimas reperiri ideo scilicet, quia multi eorum sint in studiis, temperantia, continentia, & benevolentia sectatores. Quæ omnia non frustra quidem, neque inutiliter habent: multumque ex eis in hac vita honoris, & gloria consequuntur Sed quia in his studiis non Deo, sed diabolo seruiunt licet habeant temporalem de vana laude mercedem, ad illam tamen beatarum virtutum non pertinent veritatem. Et ita manifestissime patet, in impiorum animis nullam habitare virtutem: sed omnia opera eorum immunda esse, atque polluta, habentium sapientiam non spiritalem sed animalem: non celestem, sed terrenam: non Christianam, sed Diabolicam, non à Patre lumine, sed à principe tenebrarum, dum per ea ipsa, quæ non haberent nisi dante Deo, subduntur ei qui primus recessit à Deo.

V. Sed disfertur est locus ad Romanos 14. Quicquid ex fide non est, peccatum est. En tibi fermè ipsissima Antecedentis nostri verba.

VI. Responder

VI. Responder...
VII. Imo fides...
VIII. De fide...
IX. Secundo...

VI. Respondet Bellarminus: fidem hoc loco, non intelligi, qua credimus in Christum: sed qua credimus aliquid esse licitum, quæ etiam conscientia dici possit. Itaque sensum esse, peccatum esse quicquid sit reclamante conscientia. Probat primo ab authoritate Veterum, Ambrosii, Chrysostomi, Theodoretii, Theophylacti, Oecumenii. Deinde ab ipso textu: quia disseratur ab Apostolo de Cibis mundis & immundis: eum, qui vescatur aliquo cibo, quem putauerit esse immundum, damnatum esse, quia faciat contra id quod credat esse faciendum. Nempe cum omne quod non est ex fide, id est, secundum id quod credit esse faciendum, peccatum sit.

VII. Imo fidem Christi significat, Augustinus in Iohannem tract. 25. *Sunt opera qua videntur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona.* Audim? Sed & idem Augustinus, hoc ipso loco vtitur in eandem finem, Libri primi contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 3. *Nec potest homo boni aliquid velle, nisi adiuetur ab eo qui malum non potest velle: hoc est, gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: Omne enim quod non est ex fide, peccatum est: ac per hoc bona voluntas que se abstrahit à peccato, fidelis est: quia iustus ex fide vivit.* Quin sæpe (inquit Salmero disput. 9. libri 4. in Epistolam ad Romanos) hoc testimonio Apostoli vtitur ad probandum, omnem infidelium actum esse peccatum. Prosper Epistola ad Rufinum. *Qui gloriatur, in Domino gloriatur, non in se: qui cum esset impius, & cæcus, & mortuus, à liberatore suo gratis accepit, & iustitiam, & lumen, & vitam. Non enim iusto agebat, & aucta est iustitia eius: nec ad Deum gradiens, & confirmatus est cursus eius: nec diligebat Deum, & inflammata est caritas eius. Sed cum esset sine fide, ac proinde impius, accepit spiritum fidei, & factus est iustus: iustus autem ex fide vivit: & sine fide nemo potest placere Deo: & omne quod non est ex fide, peccatum est: ut scilicet intelligat iustitiam infidelium non esse iustitiam: quia sordet natura sine gratia.* Contra Collatorem, *Quasi vultus sit bona voluntatis motus, nisi quem creaverit diffusa per Spiritum Sanctum charitatis affectus: Sine fide enim impossibile est placere Deo: & Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Leo ser. 2. de ieiunio Pentecostes, *Extra Ecclesiam Catholicam, nihil est integrum, nihil castum, dicente Apostolo, omne quod non est ex fide, peccatum est.* Hieronymus Hispalensis in differentis spiritualibus c. 30. *Paulus prædicat ante fidem nullo modo esse opus bonum.*

VIII. De fidei significatione, primo notat Salmero, non deesse alios Patres, qui fidem hoc loco, non pro conscientia, quæ regula est actionum humanarum; sed etiam pro assensu fidei Catholicæ, siue assertionem dogmatum accipiendam esse doceant: & in ea sententia ita esse Augustinum, vt oppositam fidei acceptionem, tanquam novam, & inauditam non probat.

IX. Secundo, respondeo, facile concedi, per fidem intelligi à Paulo conscientiam: sed quamlibet, hoc vero ferri non posse. Nam primo, non est verisimile, tam auguste fidei nomine donatum fuisse Apostolum, persuasione cuiusvis impii, sibi hoc illud in animum indocentis. Deinde Paulo sermo est de fratribus, tum firmioribus, tum infirmioribus. Fratres autem appellat eos, qui ad Christum vocati sunt: imo qui Christo nomen dederunt. Præterea statim initio capitis, *Eum qui fide est infirmus*, inquit, *assumite.* Non eum qui fide destitutus: sed qui infirmus. Ita autem appellat, non infidelium (inquit Salmero) & nihil credentem, sed credentem, nec tamen omnia recipientem, nisi certa, & plene determinata. Præterea, conscientiam habet omnis homo: sed hæc, de qua Paulus loquitur, non omnes habent. Tu, inquit, fidem habes: quasi diceret, alter vero non: est enim illud, *Tu aliquid scis*. Non est igitur hæc fides nihil aliud quam conscientia. Denique illud *sine fide*, quomodo sit, siue conscientia? quandoquidem is ipse qui non comedebat, pro sua conscientia abstinerebat?

X. Itaque fides hoc loco significat motum illum conscientie, iam amantis Deum, & sua opera ad Deum ita ordinantis, vt quod ei credit displicere, nolit attingere. Quod iam non est nisi Deum amantis ex toto corde: at hoc fieri non posse absque auxilio gratie disputat Bellarminus c. 7. libri 6. Et ratione ostenditur. Quia amor Dei pertinet ad conversionem hominis ad Deum, à quo per peccatum auersus est. Nam quomodo cogitari potest quispiam, vel amans Deum, qui ab eo sit auersus: vel à Deo auersus, qui Deum amet? At conversio ad Deum non potest tribui viribus arbitrii: vt paulo post planum faciemus. Quare omnino hæc fides, de qua loquitur Apostolus, pertinet ad fidem Catholicam.

XI. Salmero, disputatione nona libri quarti ad Romanos, respondet aliter: supposita Augustini sententia, quam euertebat Bellarminus, nempe fidem non intelligi de mera persuasionem. Nec propterea, inquit, ex his verbis tolli solide potest, omnes actiones infidelium peccata esse propria & ad mortem imputabilia. Attende rationes. Primam: Hæc enim intelligimus de homine, qui obligatur habere fidem: & de actibus humanis, qui à ratione proficiuntur. Nam qui à consilio, & ratione non oriuntur, vt fricare barbam, & similes actus animales, non oportet vt ex fide deriuentur. Alteram: Aliud esse operari contra fidem, aliud operari non ex fide. Qui contra fidem agant, illos grauissime, & lethaliter delinquere. At qui operantur non ex principio fidei, vt faciunt infideles, qui Euangelii ignorantia laborant, mortiferè in eo non delinquant, nisi contra legem naturæ, aut contra conscientiam operentur. Itaque illud Pauli, peccatum esse, interpretatur, imperfectiorem, & defectum: quomodo concupiscentia improprie appellatur peccatum, cap. 7.

XII. Sed illud quid sibi vult, quod tam sollicite de peccato agit ad mortem imputabili? An quia non audeat simpliciter negare, omnes actiones infidelium esse peccata: sed tantum mortalia? Vt libet. Nam illud nos accipimus, esse peccata; quæ nunc agitur quæstio. De veniali & mortali actum alias.

XIII. Sed, inquit, intelligimus de homine qui obligatur habere fidem. Hoc vero quid est? An quia vultus sit qui non obligetur? Monstrum. Nam si non obligetur: cur damnatur absque fide? Aut si damnatur, & quidem iuste: certe obligatur ad habendam fidem. Verum intelligo dictum de actibus, qui à ratione proficiuntur: non de aliis, vt fricare barbam. Ineptè, vt nihil supra. Nam hoc ipsa quæstio continet. Quid enim nonne oriuntur à consilio & ratione, quæ à libero arbitrio? Omnino. Est

enim liberum arbitrium nõ nisi in ratione præditis: & quidem in Intellectu, & Voluntate. At nostra vniuersa disputatio est de actibus liberi arbitrii, siue qui sunt solis viribus Arbitrii. Nam hos omnes dicimus esse peccata.

XIV. Concedo distinctionem operandi contra fidem; & non ex fide. Sed quid ad rem? Nam Pauli phrasis non est ambigua: sed determinata ad alterum: Quicquid ex fide non est, inquit. Hoc igitur, quod quis operatur non ex fide, quid est? Peccatum, inquit, Paulus. Quid Salmero? Non mortiferum, nisi contra legem naturæ; aut propriam conscientiam. Nugæ inquam. Neque vnius Salmeronis autoritas tanti, vt contra Apostolum, contra Patres, sit admittenda.

XV. Thomas Aquinas hunc nodum ita soluit: Vel quia vita infidelium non potest esse sine peccato, cum peccatum sine fide non tollatur: vel quia quicquid agunt ex infidelitate, peccatum est.

XVI. Sed alii certè in speciem subtilius soluerunt. Enimvero Paulus non loquitur de vita infidelium *ὅλως*: sed de singulis actibus. Hoc enim necessario sonat illud, *Quicquid sit*: quomodo etiam Veteres intellexerunt: Et Paulus ipse indicat satis, quum loquitur de cibis. Nam cibos edere, vel non edere, actus est indiuiduus: non autem totum *ὅλως*. Quomodo cum Salmero, fricare barbam dixit, hoc ipso, non totam infidelium vitam significasse dicimus: sed actus quosdam. Illud autem de infidelitate quid est? Nam, si infidelitas priuationem dicit fidei: profecto quicquid agunt infideles, id agunt ex infidelitate: quomodo, quicquid imperitus, ex imperitia, nihil enim *ἀλλ' οὐκ* fidei & infidelitatis. Et si enim non sunt omnia opera elicitæ ex infidelitate: tamen ex infidelitate fiunt; tanquam imperata: Quia infidelitas est ipsa hominis conscientia vacua fide in Deum.

CAP. VII.

Hominem non posse quicquam boni facere à se ipso.

I. Idem patet, Quia si aliquod opus Liberi arbitrii esset bonum: ergo homo posset à se ipso aliquid boni facere. At falsum posterius: ergo prius. Consequentia est manifesta, nam id omnes concedant ab homine fieri, quod fiat à Libero arbitrio. Et alioquin non potest opponi Liberum arbitrium, nisi gratia. Est itaque necesse, vt quod non fit ex gratia; fiat à libero arbitrio hominis, hoc est, ab homine ex viribus sui arbitrii.

II. At consequens facile improbat, Matth. 12. *Progenies viperarum quomodo possitis bona loqui, quum sitis mali: Nam ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo à bono thesauro cordis profert bona: & malus homo ex malo thesauro profert mala.* Hoc est, interprete Lyrano: Non potestis de me bona loqui, inuidia prohibente. Anselmus, *Quomodo bonus homo non possit profert mala, nec malus bona: sic non possit Christus mala, nec Diabolus bona opera facere.*

III. Matthæi 7. *A fructibus eorum cognoscetis eos: Nam colligunt ex spinis unam: aut ex tribulis ficus? Ita omnis arbor bona fert fructus bonos: putris autem arbor fert fructus malos. Non potest arbor bona fructus malos ferre: neque arbor putris fructus bonos ferre. Quæcumque arbor non fert fructum bonum, exciditur, & in ignem conicitur. Similiter Lucæ 6. Non est arbor bona, qua ferat fructum putrem: neque arbor putris, qua ferat fructum bonum. Vnaquæque enim arbor ex fructu proprio cognoscitur. Neque enim à spiritibus colliguntur ficus: neque rubo vindemiant unam. Adde: Atqui omnis homo sua natura est arbor putris, & mala, vt pote filius iræ, peccato infectus. Ergo nullus homo sua natura, id est, viribus arbitrii liberi solis potest fructus bonos facere.*

IV. Bellarminus respondet separans locos. Non enim esse omnino idem testimonium Matthæi 12. & Lucæ 6. Differentiæ prima ratio. Quia apud Lucam doctrina est generalis, de dignoscendis hypocritis, at apud Matthæum de dignoscendis falsis Prophetis tantum. Altera, Lucas opponit spinas ficibus, & rubos vuis, at Matthæus, spinas vuis, & tribulos ficibus. Tertia, quia, quod est apud Lucam, cap. 6. extat apud Matthæum, cap. 12. itaque necesse est, vt quæ scribuntur Matthæi 7. diuersa sint ab iis, quæ scribuntur Lucæ 6. nisi quis velit eadem Matthæum sine causa reperuisse.

V. Hoc posito respondet ad vtumque. Illud ex Matth. 7. non penitente ad hanc causam. Ratio, quia per arbores bonas & malas Christus intelligit, non voluntates hominum bonas, malas, sed doctrinas veras vel falsas. Sit autem certum ex operibus ipsorum hominum, qui docent, non edgnosci doctrinam, cum opera interna non videantur, externa sint communia. Itaque intelligi fructus doctrinæ.

VI. Matthæi 12. & Lucæ 6. fatetur intelligi voluntates hominum, sed responderit tripliciter. Primo, nolle Christum dicere non posse arborem bonam vllum fructum malum facere, sed non omnes, non plurimos, & malam, non posse facere omnes aut plurimos bonos, sed ordinarie quidem, & vt plurimum malos, interdum tamen bonos. Et id etiam experientia confirmari. Secundo, intelligi actuale voluntatem, bonam, quæ dicitur caritas, & malam, quæ cupiditas, vel certe homines, quatenus operantur ex caritate, vel cupiditate. At peccatorem interdum non operari ex cupiditate sed ex honore naturæ, & tunc fieri opus bonum morale. Tertio fructus bonos esse opera meritoria vitæ æternæ, malos, meritoria mortis æternæ. Vt autem iustum non posse facere peccata lethalia, nisi desinat esse iustus, sed venialia, sic impium non posse facere opera digna regno cælorum, nisi desinat esse impius, sed opera moraliter bona.

VII. Sed contra, His locis vtitur ad idem argumentum Augustinus. De verbis Domini sermone 12. *Prius est mutandus homo, vt opera mutantur. Si enim manet homo in eo quod malus est, bona opera habere non potest. Si manet in eo quod bonus est, mala opera habere non potest. Quis autem à Domino bonus inuentus est, cum Christus pro impiis mortuus sit? Omnes ergo malas arbores inuenit: sed dedit potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius. Contra Iulianum Pelagianum, ib. 1. cap. 3. Ille magister Deus, non vtique naturam constituit arborem, ex qua fructus, de quo loquebatur existat, sed voluntatem seu bonam, seu malam, fructus autem, per*

& tunc his certabant Catholici de peccato: non quatenus impetitionem significat, sed quatenus vitium est morale. Atque adeo Pelagius Ethnicos enarrabat eos, qui virtutibus clari fuerant: ut doceret, etiam absque gratia Dei, posse non peccari. Ergo Augustinus negabat, hos esse bene operatos: id est, non fecisse non peccata, id est, veri nominis peccata. Secundo, quis ausit negare peccatum id: quod fit mala voluntate? Nam sane, aut hoc est peccatum morale: aut nihil omnino est peccatum morale. Tertio, quid istis differtius? *Errunt ergo, inquit, in damnatione sempiterna, in quibus et iustitia?* Absurdum obiectum a Iuliano. Respondet. *O vocem impudentia maiore precipitem Non erat, inquam, in eis vera iustitia: quia non actibus, sed sinibus pensantur officia.* Ergo duo assererat Augustinus: & non fuisse in illis veram iustitiam: & fuisse illos in damnatione sempiterna: Rursus, *Intellige quod ait Dominus: Si oculus tuus nequam est, totum corpus tuum tenebrosum erit: Si autem oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit. Et hunc oculum agnosce intentionem, qua facit quisque quod facit: Et per hoc discite eum, qui non facit opera bona intentione sine bona, hoc est, eius qua per dilectionem operatur, totum quasi corpus, quod illis, veluti membris, operibus constat, tenebrosum esse, hoc est, plenum nigredine peccatorum.*

XIII. Sed Augustinus eodem capite, *Scito, inquit, nos illum bonum hominem dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, per quod solum homo potest ad aeternum Dei donum regnumque perducere.* Ergo, inquit Bellarminus, peccatum illi est, quod ad regnum caelorum non perducit. Imo, inquam, merus impostor Bellarminus, qui hunc Augustini locum misere delumbavit, distorsit, pervertit. Primo, ita scriptum legimus, *Scito nos illum bonum hominem dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, sine Dei gratia, qua datur per unum mediatorem Dei et hominum, nemini posse conferri, per quod solum homo potest ad aeternum Dei donum regnumque perducere.* Atqui haec verba non definiunt, quid id sit, quod Augustinus appellat opus bonum: sed quodnam illud opus bonum, quod sine Dei gratia nemini possit conferri. Itaque manifesta est pervertitas. Deinde notandum: non dici haec absolute: sed ad hominem. Itaque haec praecedunt, *Quoniam saltem concedis opera infidelium, quae tibi eorum videntur bona, non tamen eos ad salutem sempiternam regnumque perducere.* Scito nos. Et quae sequuntur. Nimirum verbis immediate praecedentibus suam expresserat sententiam de omnibus infidelium operibus plenis nigredine peccatorum. Sed quoniam non assentiebat Iulianus, saltem illud ab eo sumebat, quod nunc de eo bono, quod perduceret ad regnum. Ut tamen scias hoc nunc dicto nullum priori sententiae praedictum factum velle, subiicit statim: *Omnia proinde cetera, quae videntur inter homines habere aliquam laudem: videantur tibi virtutes verae: videantur opera bona, & sine ullo facta peccato. Quod ad me pertinet, hoc scio quia non ea facit voluntas bona: voluntas quippe infidelis atque impia, non est bona.* Ergo & hoc bonum, per quod ad regnum peruenitur, non posse obtineri sine gratia, dicebat Augustinus: & insuper cetera, quae agnoscebat Iulianus non perducere ad regnum: iactabat tamen tanquam insignes virtutes: Augustinus seorsum alienus a Iuliani sententia, credidit, fieri ab infideli, ac proinde a mala voluntate. Vnde paulo ante concludebat esse peccata. Et non ego Bellarminum impostorem merito appellarim?

C A P. IX.

Pro bonis operibus infidelium argumenta Bellarmini scripturae.

I. Atque haecenus confirmatum esto argumenti nostri tertij antecedens: quo asseritur, quicquid sit solius Arbitrij viribus, esse peccatum. Nunc videamus, quibus id ipsum argumentis impugnet Bellarminus, Romanus, Dominicus a Soto. Incipiam a Scripturis: ex quibus Bellarminus duo argumenta colligit.

II. Primum argumentum: Nulla peccata Deus remuneratur. At quaedam infidelium opera Deus remuneratur. Ergo quaedam infidelium opera non sunt peccata. Probat maiorem a iustitia Dei, apud quam peccata supplicium merentur. Probat minorem: Exodi 1. *Quia timuerunt obstetrices Deum, edificavit illis domos, id est, quia non obtemperarunt Pharaoni, dedit illis Deus copiosam, & felicem prolem.* Ezechielis 29. quia exercitus infidelis fideliter regi suo servavit contra Tyrum, mercedem illi Deus dedit, Ispolia Aegypti. Vnde Hieronymus, *Ex eo quod Nabuchodonosor mercedem accepit boni operis, intelligimus etiam Ethnicos, si quid boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio praeteriri.* Daniel. 4. *Nunc Rex consilium meum placeat tibi, peccata tua elemosinis redime.* Quod si elemosinae hominis infidelis auertere poterant peccatum temporalem: ergo non erant peccata.

III. Respondeo, negari maiorem. Verum est enim, etiam quaedam opera, quae sunt peccata, a Deo mercedem obtinere temporalem. Nimirum illa saltem, quae non ipso suo sunt genere peccata, quomodo caedes iniustae, adulteria, blasphemiae: sed quae cum sint alias conformia rectae rationi, tamen ab hominibus non fiunt sine peccato. Nam fatentur ipsi Papistae, quae opera fiunt ob malum finem, fieri peccata. Verba Bellarmini c. 11. in solutione argumenti octavi. *Vocari peccata omnia opera infidelium, quia fere omnia fiunt ob malum finem, ut in cultum falsorum Deorum, vel ad inanem gloriam.* Et paulo post, *Damnat igitur rectissime Augustinus illa opera infidelium, quae ad malum ab eis referebantur.*

IV. Iam vero Augustinus libri quinti de Civitate Dei, c. 12. in eo est, ut Romanos doceat ad inanem laudis cupiditatem sua omnia retulisse laudabilia facta: & tamen a Deo mercedem tulisse & laudem, & Imperij amplitudinem: *Laudis avidi, pecunia liberales erant, gloriam ingentem, divitias honestas volebant, hanc ardentissima dilexerunt, propter hanc vivere volebant, pro hac & mori non dubitaverunt. Ceteras cupiditates huius unius ingenti cupiditate presserunt.* Et post, *Cum diu fuissent regna Orientis illustrata, voluit Deus & Occidentale fieri, quod tempore esset posterius, sed imperij latitudine & magnitudine illustratus. Idque talibus potissimum concessit hominibus, ad domanda gravia mala multarum gentium, qui causa honoris, laudis & gloria, consulerent: patriam, & quae ipsam gloriam requirebant: salutemque eius salutis suae praeponebant non dubitarent, pro isto uno vitio, id est, amore laudis, pecunia cupiditatem, & multa alia vitia comprimere.* Capite 15. iam clarius, *Quibus ergo non erat Deus daturus vitam aeternam, sineque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperij concederet, non redderetur merces bonis artibus eorum, id est, virtutibus, qui-*

bus ad tantam gloriam pervenire nitebantur. De talibus enim, qui propter hoc boni aliquid facere videntur, ut glorificentur ab hominibus, etiam Dominus ait: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam.

V. In eandem sententiam Prosper contra Collatorem, Puto autem istum verisimilitudine decipi, & in specie falsarum errare virtutum, dum ea bona, quae non possunt nisi ex Dei munere haberi, etiam in impiorum animis existimat reperiri, ideo scilicet, quia multi eorum sint iustitia, temperantia, continentia sectatores. Quae omnia non frustra quidem, neque inutiliter habent, multumque ex eis in hac vita honoris, & gloria consequuntur. Sed quia in iis studiis non Deo, sed Diabolo serviunt, licet habeant temporalem de vana laude mercedem, ad illam tamen beatarum virtutum non pertinent veritatem. Et ita manifestissime patet, in impiorum animis nullam habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse, atque polluta, habentium sapientiam non spiritalem, sed animalem non caelestem, sed terrenam, non Christianam, sed Diabolicam, non a patre luminum, sed a principe tenebrarum, dum per ea ipsa quae non haberent, nisi dante Deo, subdantur ei, qui primus recessit a Deo. Audin tu, discrete contentem opera illa impiorum & immunda esse, id est, peccata, & tamen suam habere mercedem?

VI. Ergo constat aliqua mala opera impiorum suam habere a Deo mercedem. Nam quod ait de Dei iustitia, apud quam peccata merentur poenam potius quam mercedem, verum. Et ita futurum aliquando, ut ipsi qui haec mercedem temporalem recipiunt, severissime puniantur tandem. Sed interea nihil obstat, quominus Deus toleret cum multa patientia etiam vasa irae. Quomodo cum rei laesa maiestatis, non raro in carcere mollius habentur: imo quomodo non raro fit, ut supplicio afficiantur magnifico, quomodo hostiae coronatae immolabantur: & Plato poetas laureatos expulit sua civitate.

VII. Argumentum secundum Bellarmini. Probat, inquit, ex Scripturis infideles facere, aut posse facere aliqua bona opera. Matthaei 5. *Si saluti vestris fratres vestros tantum, quid amplius facitis, nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti.* Ergo Ethnici possunt ostendere signa benevolentiae erga suos. At hoc est opus bonum. Nam Christus non dixisset, quid amplius facitis? sed, cur hoc facitis? Ad Roman. 2. *Gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt, faciunt.* Vbi Chrysostomus dicit, eos implere omnia quae legis sunt, id est, mandatum cum omnibus circumstantijs.

VIII. Respondeo: Bona opera dici, vel quo ad operis substantiam, vel quo ad rationem boni. Quoad substantiam, ut cum quid sit, quod secundum se conforme est rationi: quomodo esurienti datur panis: quomodo salutantur, siue redamantur amici. Quoad rationem boni, cum haec ipsa fiant bona voluntate: siue, ut vulgo loqui mos est, bona intentione, & virtutis amore. Porro quae fiunt secundum rationem boni, ea sic concedimus esse bona, ut non sint peccata. At quae secundum solam operis substantiam, ea vere peccata esse nihil obstat: quod ne Papistae quidem ignorant: atque adeo Bellarminus fatetur c. 9. *Potest servari preceptum, inquit, secundum substantiam operis, etiam cum peccato.* Iam vero infideles concedimus facere opera bona, secundum substantiam operis: at secundo modo negamus: & docuimus proxima disputatione.

IX. In priore loco nihil est difficile. Dicuntur etiam Gentiles amplecti amicos. At nemo dubitabat: possunt enim etiam redamare, quod maius est: & dicitur ibidem de Publicanis. Sed utrum haec sint bona opera, id est, non peccata, hoc vero quaeritur: hoc vero non definitur eo loco. Maldonatus in eum locum, *Non negat mercedem habituros quicumque amicos diligunt, cum amicos diligere caritas sit.* Sed negat mercedem habituros, si ut publicani tantum id faciant, id est, si non propter Deum, sed aut propter naturalem in amicos propensionem, aut propter utilitatem suam faciant. *Quisquis autem inimicos non diligit, satis declarat se amicos non propter Deum, sed propter se diligere. Si enim propter Deum diligeret, etiam diligeret inimicos, qui non minus quam amici imago Dei sunt.* Ergo, inquam, hoc ipsum cum faciunt, siue publicani, siue Ethnici: faciunt bonum non bene: itaque peccant.

X. Nam quod Bellarminus arguitur, Christum fuisse dicturum, cur hoc facitis: & non, quid amplius facitis: frivolum est. Est enim eadem vis utriusque. Nam si omne opus bonum suam habet apud Deum mercedem: & istud opus non habet suam mercedem: & non habet, quia publicani, quia Ethnici, hoc ipsum faciunt: Ergo certum in publicanis, in Ethnicis hoc ipsum opus non habere mercedem: ideo quae esse quidem opus bonum. Certum igitur in Publicanis, in Ethnicis, non probasse Christum hunc ipsum in amicos amorem. Quare illud etiam sequitur: cum dixit, *quid amplius facitis, idem esse, ac si dixisset, non ita vos debetis facere: quia nihil aliud faceretis, quam quod agunt illi, qui hoc ipsum male agunt.*

XI. In loco Pauli, non plus est difficultatis. Dissentiunt Interpretes, & quae sint, quas Gentes Paulus appellat. & quomodo dicantur praestare ea quae legis sunt. Causa dubitandi, quia absurdum omnibus visum, si quis simpliciter intelligat infideles legem observare: quod non debuit Bellarminus dissimulare. Sunt ergo qui Gentes intelligant, iam ad Christum conversas. Alij Gentiles ante Christum, peculiari gratia vocatos, ut Iobum. Alij Gentiles ipsos in statu ignorantiae: & nondum fideles. Itaque facere ea quae sunt legis, alij secundum substantiam operis: alij per naturam reparatam. Vide Salmeronem: & Thomam. Sed maxime vide Augustinum de Spiritu & littera c. 26. & seqq. Nos sane priusamus intelligendos infideles: qui in statu infidelitatis, ostendunt discrimen aliquod iusti & iniusti. Sed non ita tamen, ut legem Dei aliter praestent quam secundum substantiam operis. Itaque Paulum dixisse non τὸ νόμον: sed τὸ νόμον πνεύματος: ea scilicet quae a lege Dei praecipiantur. Quae ipsa tamen sic ab illis praestantur: ut si discutatur quo fine fiant, vix irruentur quo iustitiae debitam laudem defensionem mereantur, inquit Augustinus. Imo illud Chrysostomi τὸ νόμον πνεύματος ἵνα τὸ εὐαγγέλιον τὸ ἐν ἡμῖν: aut ita intelligendum dicimus: aut falsum pronunciamus. Imo utroque modo falsum. Nam ne Papistae quidem audent asserere: omnia opera legis ab infidelibus fieri: sed tantum posse quaedam fieri: et si forte ab omnibus omnia.

(o: o)

CAP. X.

Pro bonis operibus infidelium rationes Papisticae.

Abent suas rationes Dominicus à Soto, & Romæus, & Bellarminus, quas liber expendere. Primum esto: Omne peccatum oritur ex odio Dei, aut aliquo obliquo proposito, cum aliqua sinistra circumstantia. At quædam opera infidelium non sunt eiusmodi. Ergo quædam opera infidelium non sunt peccata. Sic ego mentem concipio horum Domini verborum: quæ placent adscribere, Quis adeo sine sentiat de natura humana, ut propterea quod persona qualibet sit extra gratiam Dei, quodcunque opus agat, sit recens peccatum, quo inimicitia ingrauescat? Licet enim hoc ex consuetu hominū conijcere: ubi notum est, non omne opus illius qui inimicitiam exercet, ex odio id fieri inimici. Igitur dum homo laborans alias vitio aliquo vescitur licitus, non alio peccatori animo, quam ut viuat: laborat ut alat familiam, commiseretur fratribus: erogat egenis: obedit parentibus & maioribus, quod si persona publica est, iustitiam custodit, tueretur rempublicam, & id genus operum quodlibet facit, neque ex odio Dei, neque villo obliquo proposito, aut sinistra circumstantia, sed quando & ubi oportet, quidnam, rogo, est, unde opera huiusmodi deficiunt, ut sint peccata?

II. Ego vero non sum adeo infensus Papistis, ut si dentur aliqua infidelium opera sic facta, ut neque ex odio Dei, neque ex villo obliquo proposito, neque cum vlla sinistra circumstantia: non statim fatear infidelium esse aliqua opera non mala. Sed enim Dominicus non ponit prudenter pro certo, quod debuit potius certum facere. Nos enim negamus, quicquam fieri ab homine infideli, & ex vitibus arbitrij sui, quod non sit aut à malo proposito, aut etiam ab odio in Deum: aut non aliqua sinistra circumstantia factatum. Nam ut alia omnia deflent, certe nihil agit infidelis propter Deum. Atqui hic finis si desit, nihil est quod possit bene fieri. Sed præterea, potest-ne quæ sunt à voluntate mala, non esse à malo proposito? Atqui infidelium voluntas, eo ipso quod destituitur caritate, mala est.

III. Ac sane, quæ Gentes sunt sine Deo, eadem dicuntur conuersari in suis concupiscentijs ad Ephesios secundo, & ne quisquam vitiligatorem agat, dicuntur facere quæ carni ac cogitationibus libent. *in se habentem vniuersam carnem suam*. Non in laudem, opinor. Ergo quæcunque infideles faciunt, deturpantur hæc saltem concupiscentia, & hoc illis sufficit, ut sint peccata. Est enim peccatum originale: & quemadmodum omnis serpentis morsus est venenosus: quia origine sua serpens est venenosus: sic necesse est omnem liberi arbitrij actum, esse peccatum: quia origine sua, siue natura sua est concupiscentia: non quomodo Manichæus dicebat: naturam intelligens creationem: sed quomodo Paulus, corruptionem naturæ create.

IV. Instat Dominicus: hoc commentum negans habere locum in homine Christiano: quod in eo nullum sit originale peccatum. Neque in infideli: quoniam vnum peccatum nunquam opus aliud inficit, nisi quando sit ex intentione eius peccati. Ut cum quis intendens homicidium, acuit ferrum: vel intentione fallendi, incumbit literis. Cum ergo originale peccatum non sit actuale, quomodo opera subsequencia ita polluat, ut sint absque alia mala voluntate actualia peccata? præsertim quæ non oriuntur ex inclinatione carnis: sed intentione boni & honesti?

V. Verum, de renatis primo falsum, nullum in eis esse peccatum originale: quia de re sumus alias disputaturi. Secundo inutile: quia nos agimus nunc de infidelium operibus: de illis alius erit dicendi locus. Sed de infidelibus saltem quid ait? nisi opera à peccato quopiam, cum sunt ex intentione eius. Respondeo: id verum de operibus, vel quæ non continentur sub eo peccato tanquam genere, vel quæ non fluunt ab eo tanquam à causa. Nam de reliquis falsum. Etenim fatentur ipsi Papistæ somnia obscena, si eueniant ex habitu adulterij, esse peccata: etsi non fiant ex intentione. Est enim intentio ex deliberatione. At somnij nulla est deliberatio: propterea ne intentio quidem.

VI. At originale non est actuale: quomodo ergo inficit actus? Respondeo quia non est actuale. Nam si esset actuale, non inficeret, sed quia est non actuale, ideo inficit. Quæris quomodo? Quia est *in se habentem vniuersam carnem suam* peccatum peccans: id est, causa reliquorum omnium peccatorum. Quomodo enim quilibet actus iustus eo iustus est, quia ab habitu virtutis eius, quæ iustitiam dicimus: sic quilibet actus peccati, peccatum est: quia ab eo habitu quod peccatum appellatur. Is autem habitus est in quolibet homine non acquisitus quomodo in virtutibus: sed naturalis: ideoque originalis. Quare originale peccatum, inficit omnia hominum opera, ut vere sint peccata. Nam quod illos excipit actus vult qui non oriuntur ex inclinatione carnis: sui semper est similis, supponens impossibile.

VII. Argumentum Domini secundum: Omne peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei. At cum quis patrocinatur pupillo, eo duntaxat quod est opus honestum, nihil facit contra legem Dei. Cur ergo imputabitur culpa?

VIII. Imo, inquam, primo non certum, aliquem infidelem patrocinari pupillo, eo duntaxat, quod est opus honestum. Atque ita semper Dominicus ponit, quod debet probare. Secundo id ipsum ambiguum est: nam honestum intelligitur, vel ex sensu humano, vel ex iudicio diuino. Concedo eum, qui patrocinatur pupillo eo duntaxat, quod est opus honestum, ex iudicio diuino, in eo ipso nihil facere contra legem Dei: sed hoc modo fieri quicquam ab infideli, quis poterit demonstrare? Si honestum intelligitur ex iudicio humano: tum nego eum qui sic patrocinatur pupillo, nihil facere contra legem Dei. Præterea, facere aliquid contra legem Dei, intelligi potest, vel secundum substantiam operis, vel secundum rationem legis. Patrocinantem pupillo factor nihil facere contra legem, quatenus attenditur substantia operis; sed aliter, nihil est necesse.

IX. Tertium argumentum: Si omnia opera iacentis in peccato, peccata essent noua, adeoque noui supplicij merita, vix possemus animo comprehendere, quantum poenarum penderet in inferno, quicunque in minimo peccato mortali permansisset longo tempore.

X. Quasi vero Deus curet, quid possit Dominicus animo comprehendere, aut non possit. Quasi non etiam omnem humani animi captum exsuperet poenarum æternitas, quarum nullus finis: etiam pro vno peccato mortali, ut loquuntur Papistæ. Quid? quod Iacobus testatur, *Qui totam legem seruauerit, offenderit autem in vno, omnibus tenentur*

Tom. III.

XI. Quantum argumentum, partibus perplexissimum, ita proponit Homo animal est rationale: qui ideo suapte natura efficere opus valeat secundum rationem. Atqui per peccatum tantummodo sumus supernaturali dono expoliati, & impuris naturalibus nudi relictī. Possūmus ergo naturali vigore rationis, cum vniuersali Dei influxu, opera præstare, quæ sint rationi consentanea: atque adeo utrunque bona: nimirum quæ finem non exsuperent naturalis honestatis.

XII. Hæc ego non facile in vnam argumentationem compegerim. Alij vident. Ego interea defectus obseruabo. Primo non debet probare fieri aliquid secundum rationem: nam id non ambigitur: sed aliquid, quod non sit peccatum. Ratio est humanum iudicium: & peccatum perinet ad diuinum. Secundo, falsum nos per peccatum esse tantummodo spoliatos donis supernaturalibus. Nam etiam naturalia sunt corrupta: itaque non sumus quidem nudati ratione: sed ea ratio est misere peccato infecta. Falsum est ideo nos esse in puris naturalibus relictos. Nam hoc si verum esset; tum essemus sine peccato: quod est absurdissimum. Tertio, cur concludit posse nos præstare opus utrunque bonum? Nemo enim negabat. Et sine dubio, quæ sunt secundum substantiam operis conformia legi, ea sunt utrunque bona: ut electosynam dare. Nec tamen statim non sunt peccata. Quare hæc nihil concludunt.

XIII. Quintum argumentum: Metus gehennæ & iræ Dei est bonus. At metus ille non est à gratia. Ergo aliquid boni est in homine non à gratia. Probatur maior. Quia, ad remissionem peccatorum, necessaria est poenitentia. Ad dolorem autem excitandum, veramque errationem, detestationem, quæ plurimum conducit meditatio gehennæ, memoriaque iudicij iræ & furoris pleni. Deinde, quo nos metu Christus inducit, ut timeamus, quis eum metu dicat esse peccatum? Matthæi 10. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed eum potius timete, qui potest, & animam & corpus perdere in gehennam.* Item Ecclesiastici 1. *Initium sapientia, timor Domini.*

XIV. Respondeo, negari maiorem: quia non sit vniuersalis. Non enim verum, quemlibet timorem a gehenna & iræ Dei esse bonum. Imo Matthæi 3. *Progenies viperarum, quis vobis pramonstrauit ut fugeritis à futura ira?* En ubi Ioannem Baptistam adeo non probantem Phariseorum & Sadduceorum metum ab ira ventura, ut eos seuerissime increpauerit, & appellaret progenies viperarum. Nec puto non peccauit Iudas, cum præ hoc timore in desperationem est adactus. Cum igitur timor alius bonus sit, alius malus: tum vero de bono timore, nego maiorem.

XV. Atque hæcenus Dominicus. A Romæo duos habemus adhuc rationes. Primam audi. Quæcunque conformia sunt hominis naturalibus, ea bona sunt. At infidelium nonnulla opera sunt conformia eorum naturalibus. Ergo eorum quædam opera bona sunt. Probatur antecedentis pars vtraque: quia non est deterioris conditionis homo, tam existendo, quam operando conformiter ad sua naturalia: quam sint cætera quæcunque res naturales. Constat autem cætera naturalia, ut sic operantia, non peccare, nec exorbitare à recto sibi debito: sed bona & bene operari: imo ne Dæmones quidem ipsos peccare intelligendo, amando, vel aliud forinsecus operando, conformiter ad sua naturalia, præcis alijs.

XVI. Respondeo distinguui hominis naturalia: vel qualia erant à creatione: vel qualia sunt à corruptione. Et ad syllogismi partes dico, de illis veram esse propositionem maiorem: falsam maiorem. De istis vero, minorem veram, falsam maiorem. Et ad probationem respondeo, primo comparationem non posse esse vniuersalem hominis, cum quibuscunque creaturis. Ratio: quia non omnes creaturæ habent liberum arbitrium: Quæ autem non sunt huius participes, eadem non sunt capaces boni malive, quomodo nos bonum malumue intelligimus moraliter. Ac proinde ineptissime quis dicat eas creaturas peccare, aut non peccare. Quod si est comparatio particularis: ergo intelligenda de solis Angelis, siue bonis, siue malis. Esse hominem deterioris conditionis, quam Angelis bonis: id vero constat manifestissime. Nam hi ita sunt confirmati, ut non possint peccare. At de Angelis malis, falsum certe hominem, etiam infidelem, esse deterioris conditionis. Illud etiam longe peius, non peccare Dæmones intelligendo, amando, operando. Sunt enim ita corrupti, ut non possint non peccare, quod alias docuere nos Augustinus & Bernardus. Imo etiam Iesuita Salméro tract. 56. tom. 3. *Cæcæ dæmones, damnantique omnes, liberum arbitrium, quod naturale est, ac proinde amitti nequib; habent: sed cum impossibilitate benefaciendi, & necessitate male operandi annexum.*

XVII. Altera ratio Romæi: Quoniam pacto exhortandi, consulendi, excitandique forent peccatores, ut conuerterentur, ac redirent ad cor, si per naturalia sua hoc solum habent quod peccant? Certe, si quis horretur eos ad suorum naturalium vsum, ut scilicet recedant à via sua mala, respiciant, eosque poeniteat, perinde est, ac si dicatur eisdem, *Qui in sordibus estis, sordescite adhuc. O plusquam diabolicam excitatem.*

XVIII. Ego vero huius argumenti vim non percipio. Quid enim? Censet-ne idem esse, hominem hortari ad poenitentiam, & ad vitendum suis naturalibus? O verè Papisticam cæcitate. Quasi non contra excludas sit vetus homo, cum factis suis, ad Colossenses 3. & ad Ephesios quarto, deponendus, quod ad pristinam conuersationem attinet, vetus ille homo, qui deceptricibus cupiditatibus corrumpitur.

XIX. Demque Bellarminus habet etiam duas rationes: Si opera sine fide semper essent peccata, ergo vel deesset illis circumstantia finis, cum propter Deum non fierent: vel, anticerentur, vitarenturque à sua causa, id est, homine peccatore: vel non haberent proportionem cum naturæ nostræ viribus: vel essent nimis difficilia, ob carnis rebellionem, dæmonisque tyrannidem. At nihil horum est verum. Ergo aliquid opus sine fide non est peccatum.

XX. Ego vero assumptum nego: & executio sigillatim cum Bellarmino. Quamuis non video, cur primum à secundo discreuerit. Cum defectus finis sit à causa, quæ eum finem sibi non proponit: itaque eo ipso inquit, & vitiat id quod agit ex suo genere bonum, siue ex substantia operis. Condonentur tamen id quicquid est minus accurati. Quandoquidem & nos fateamur illud inquinari ab homine latius patere, quam non referri ad finem: quia etiam quæ referuntur ad Deum opera fidelium inquinata agnoscimus, ut alias sumus disputaturi, cuius est.

XXI. De operum ergo fine disputat Bellarminus dupliciter. Primo, posse Ethnicos, etiam sine fide, cognoscere Deum esse, & curam nostri gerere. Idem

E 2 coque

eoque etiam posse operari bona moralia, ut Deo auctori naturæ obediât. Probat ex Cicero, qui, in Somnio, monet administrandam esse Rempublicam, quia summo Deo nihil gratius. Secundo refertur ad Deum quæ fiunt, vel explicitè, vel implicitè. Illud non esse necesse: sed hoc satis: nempe ut referatur in bonum finem proximum: tunc enim etiam dirigi in Deum, ut in ultimum finem. Probat: quia sicut agens particulare agit in virtute primi motus, id est, Dei: Sic omnis bonus finis movet in virtute ultimi finis. Ratio est: quia alioquin etiam iustissimi quique semper peccarent: cum inter operandum de Deo non cogitant, unde concludit, omne opus bonum morale semper referri ad Deum, nisi apponatur circumstantia finis mali.

XXII. Respondeo ad prius, primum mutari terminos. Cum enim debuit probari non deesse circumstantiam finis: tamen nihil aliud probatur quàm posse non deesse. Secundo, nego satis esse ad circumstantiam finis, ut fiat quid propter Deum: oportere enim, ut fiat, tanquam propter summum: adeo ut sit præcipua summaque ratio agendi. At, non esse patet: quia non omnia faciunt infideles, quæ Deo placent. Tertio, ne illud quidem satis, ut propter Deum: sed exigi propter Deum verum. At hic infidelibus non cognitus. Certum est enim illam Dei cognitionem, quæ petitur à natura hominis corrupta, esse & tenuissimam & corruptissimam: ut ab ea boni aliquid operis frustra expectes. Imo ut non tam sic laudanda natura, quod veræ lucis scintillas aliquot retinuerit: quam gravissime culpanda, quod non nisi scintillas: & quidem admodum egrotas. Quare etsi ad Deum sic cognitum referent sua homines opera, tanquam ad finem, tamen non sequeretur non peccare. Quomodo qui in media nocte radium lucernæ procul vident, eoque gressus dirigunt, non propterea non cespitant: imo, quomodo in mari nautæ, non propterea non sunt in periculo, quod procul pharon aspiciant.

XXIII. In secundo: etsi illud referri ad Deum implicitè, vel explicitè, nimirum redoleat non tantum scholarum *ἐπιτολογίαν*, sed etiam hominis in se ipsum indulgentissimi *αὐτοῦ ἀδελφίου*, sua officia merentis, non ex manifestata lege Dei, ut debuit, sed ex suo arbitrio: tamen, si quis eius distinctionis usus esse queat bonus, dixerim fieri posse, ut qui sanctissimi sunt, non semper in singulis operibus suis actu ipso cogitent de Deo: sed tantum habitualiter, quia ita sibi ipsis imperarunt, ut nihil iam agant nisi ad gloriam Dei: quomodo qui habitum contraxerunt logicæ scientiæ, etsi non actu semper meditentur singulas leges Aristotelis, tamen in promptu Syllogismos formant legitiros. Et hoc ego, si fortè quid sit eiusmodi, quod velim mihi prius demonstrari è Scripturis, quam imperari ab audaculis Sophistis. Sed tamen si sit, facile patiar appellari, referre ad Deum suos actus implicitè. Sed eum, qui neque actus, neque habitu quicquam eiusmodi habet in sese; hunc vero ego non patiar dici, referre ad Deum sua opera, siue implicitè, siue explicitè. Est enim ea relatio operum ad Deum, voluntatis. At voluntas nulla, ubi neque actus vllus volendi: imo ne habitus quidem ita volendi. In infidelibus autem, neque actus ille est, alias explicitè referret opus suum ad Deum: neque iste habitus: non potest enim esse à natura. Ergo is neque explicitè, neque implicitè suos actus refert ad Deum.

XXIV. Illud vero vehementer falsum, referri ad Deum quicquid refertur ad aliquod bonum proximum. Romani enim labores suos referebant ad proximum bonum, nempe tuitionem patriæ: nec tamen ad Deum, sed ad temporalem gloriam. Nec contra valet exemplum agentis particularis, & causæ primæ. Non enim eadem ratio efficientiæ physiciæ, & voluntariæ. Nam in ea, siue bene agat, siue male, causa efficiens proxima, semper tamen agit cum concursu primæ. At non ita quicunque agit ob finem proximum bonum, idem agit ob finem primum. Alioquin enim, cum voluntatis obiectum sit bonum: adeo ut nihil unquam agat, nisi specie boni, quæcunque illa agit, referretur ad Deum, saltem ea quæ secundum substantiam operis bona sunt: ac proinde in his nemo unquam peccaret: quod est falsissimum.

XXV. Nec concedendum, satis esse, dum ne adhibeatur circumstantia mali finis. Nam cum peccatum non sit ens positivum, sed tantum privatio boni, profecto sufficit privatio finis legitimi, ut quid sit peccatum, etsi non opponatur ei finis contrarius. Exempli gratia: non est necesse aliquem operari propter diabolum, ut peccet: sed sufficit omnino non operari propter Deum. Ita Matth. 12. Christus, *Qui non est mecum, adversum me est, & qui non cogit mecum, spergit.* Hoc est, ait Brugesis, *Stat à partibus Satanae, quas promovet eo ipso, quo se mihi, prout tenetur, non iungit.* Consentit Maldonatus, Et illustrat simili. Quomodo subditus regis peccat, non tantum cum pugnat contra regem suum, sed etiam cum non pugnat pro eo. Iansenius, Concordiæ c. 49. *Non est medium inter amare Deum, & adversari Deo. Quicumque enim illum non amat, necesse est invidio, diabolo, & carni serviat, ac proinde necessario adversatur Deo.*

XXVI. Hactenus de primo. Iam non vitari ab homine peccatore, ita probatur. Omne opus quod inquinatur à malitia causæ, procedit ab ipsa causæ malitia. At non omne opus hominis infidelis, procedit ab ipsa eius malitia. Ergo non omne opus hominis infidelis inquinatur ab eo. Probat minor. Quia, si semper malitia causæ inquinaret (procederet, dictum oportuit) effectum, oporteret opus non solum esse malum, sed in specie malitiam ipsam participare. Itaque eleemosyna avari esset mala in specie avaritiæ: & ieiunium intemperantis, esset malum in specie intemperantiæ, quæ absurdissima sunt.

XXVII. Respondeo, malitiam nullam esse hominis facultatem, sed omnium facultatum corruptionem, siue qualitatem malam: itaque nullum opus hominis proprie procedere à malitia: quia omnia procedunt à facultatibus. Quod si procedere dicatur à malitia, intelligendum non à malitia abstracte, sed concrete, nimirum à facultate ita vitata. Hoc posito, si procedere intelligas proprie, negatur maior: quia verum, quæcunque opera inquinantur à malitia, procedere singula à suis facultatibus, siue habitibus. Sin autem improprie sumas, negatur minor, nam sic profecto omne opus hominis, non regenti procedit ab eius malitia, quam habet à sua corrupta natura. Sic Christus negat, posse ab arbore mala fieri fructus bonos, sic de thesauro malo affirmat educi mala, sic de abundantia cordis os loqui.

XXVIII. Ad confirmationem respondeo, negata consequentia: quia malitia ipsa in homine non dividitur per se in diuersas species, sed per accidens, id est, per facultates, quomodo idem sanitatis vitium in pede appellatur podagra, in manu chiragra. Itaq; malitiæ vnicum generale nomen est peccatum, ab ipsa eius natura: sed deinde multiplicatur pro habitibus variis in odium, scortationem, furtum, mendacium, & similia. Iam cum in eodem homine varij sint habitus, non mirum etiam varia esse peccata, nec omnium eandem spe-

ciem. Non est igitur æquum idem nomen esse ieiunio intemperantis, & ingluvici, eleemosynæ avari, & avaritiæ, etsi alioquin ab eadem sint malitia, id est, corruptione habituum, siue facultatum.

XXIX. Sequitur tertium, quo negatur opus bonum morale non habere proportionem cum viribus naturæ. Ratio, quia natura, quamvis per peccatum facta deterior, quam in statu innocentia; non est tamen infirmior, quam fuisse in puris naturalibus. In puris naturalibus autem, sine dubio, proportionem habuisset cum bono morali, quod naturaliter cognoscitur, & appetitur.

XXX. Imo, inquam, opus morale, ut ne sit peccatum, non satis est habere proportionem cum viribus naturæ humanæ constitutæ in puris naturalibus, sed cum bono supernaturali. Ratio in promptu: quia non peccare pertinet ad statum innocentia. Et hunc alium esse à puris naturalibus constat ab ipso argumento. Etsi ergo concederem bonum morale, proportionari viribus pure naturalibus: tamen negandum est, non esse peccatum. Peccavit enim homo, desciscendo à supernaturalibus, quæ acceperat à creatione. Deinde nego hominem per peccatum non esse infirmiorum quam si esset in illis puris naturalibus. Nimirum, quia iam hæc illi naturalia sunt; non pura, sed corrupta peccato inhaerente, unde fit, ut ne quidem habeat voluntatem bonam. Video meliora, proboque, deteriora sequor. Negandum igitur esse homini extra gratiam posito vires naturales proportionatas bono morali.

XXXI. Superest postremum, non esse opera moralia nimis difficilia propter carnis rebellionem, dæmonisque tyrannidem. Ratio est, quia illi non agant de quibuslibet operibus, sed de facilibus, & naturæ valde consentaneis, atque omni tentatione cessante, qualia sunt, misereri pauperis in via occurrentis, providere filiis, adiuuare cognatos, & alia id genus.

XXXII. Egregium vero sophisma. Agunt, inquit, de facilibus: Ergo, inquam, supponunt esse quædam facilia. Ecce ergo petunt principium: quia hoc ipsum vocatur in dubium. Deinde, cum distinguenta sit substantia operis, ab eiusdem qualitate, nos quicquid facili dici potest, id pertinere contentimus ad substantiam, secundum quam opus, nec bonum est, nec malum: at non ad qualitatem, quam in operibus bonis, id est, ut ne sint peccata, proportionatam esse, diximus, debere statui innocentia: à quo cum excedit homo, sequitur eam qualitatem, non esse proportionatam statui hominis, in quo est constitutus infidelis. Quod si non proportionatam, ergo neque facilem. Amplius dico, ipsam illam substantiam operis fieri difficillimam, propter carnis rebellionem, dæmonisque tyrannidem. Inde avaro, nihil esse difficilius, quàm largiri eleemosynam: crudeli, quam misereri pauperis: *τι ἀσέγγυον*, quam iuuare cognatos. Evidens ratio, quia qui facile dat eleemosynam, aut miseretur afflicti, eo ipso dicitur liberalis, & humanus. Et qui est in consanguineos affectu promptus, non potest *ἀσέγγυον* dici.

XXXIII. Atque hactenus Bellarmini ratio prior. Sequitur altera: Si nullum opus bonum fieri posset ab infidelibus, sequeretur melius illis esse, remotò præcepto, bona opera ex obiecto, non facere, quam facere. Quod est absurdum. Probatur consequentia. Quia faciendo peccarent, non faciendo non peccarent. Itaque monendi essent, ne facerent eleemosynas, ne pacificarent discordes, ne imperitos docerent, nisi quando ex præcepto aliquo tenerentur.

XXXIV. At ego, primo nego Christianis curiose inquirendum, quando sit melius, peiusve infidelibus, quando omnes sciunt puniri æternis penis: ubi, credo, non facile datur electio. Sed nimirum nullus est tam curiosus pruitus, quo se non delectat Iesuitæ: Secundo, nego consequentiam. Nam infidelis peccat, non tantum cum aliquid facit, sed etiam cum id ipsum omittit. Ratio, quia utrumque est ab eius naturali voluntate, quæ non est nisi mala. Sic & scortando peccat, quia contra Deum: & non scortando peccat, quia non propter Deum. Sic & non dando eleemosynam, quia durus, & dando eleemosynam, quia vanus. Et possunt quidem omnium actuum, non æquè nobis constare rationes in utramque partem, quia etiam ipsa voluntas in arcano. Sed hæc exempla saltè indicant, quid de occultioribus iudicare possimus. Quæquam non sit necesse, tam subtiliter singula rimari, qui in vniuersum scimus humanam voluntatem non esse nisi malam, donec à Deo reformetur.

CAP. XI.

Autoritates Patrum pro bonis operibus infidelium.

I. Patrum nonnullos in suam causam inducit Bellarminus. Primo, Basilii Hexæmeri hom. lib. 9. *Sunt apud nos virtutes secundum naturam, ad quas familiaritas ipsi anima, non ex doctrina hominum, sed ex natura ipsa inest. Quæ admodum enim nulla disciplina nos docet morbum odisse, sed spontaneâ habemus calumniam, ac detestationem adversus ea, quæ nobis molesta sunt: sic etiam est anima quædam declinatio, ac fuga vitij citra doctrinam.* Si naturales sunt aliqua virtutes: ergo non est semper necessaria fides, siue auxilium diuinum, ad eas præstandas.

II. Respondeo, non concludi quæstionem, scilicet, utrum illæ virtutes, eum præstantur ab infidelibus, sint peccata coram Deo. Nam si verum, quod Augustinus, quod Prosper, dixere, quod ne negant quidem Papiæ, etiam virtutes illas naturales posse fieri peccata, cum inquinantur à causa efficiente, tunc sane apparet, si sit virtus aliqua naturalis, non ideo, non esse peccatum. Iam vero illud Basilii docet, quod ne nos quidem, aut ignorabamus, aut negabamus; sed hoc non attingit, quod est in quæstione. Frustra ergo citatur.

III. Addit Chrysostomum homilia ad Antiochenos 67. quæ potius est quinta ad Hebræos, *Non potest malus omnino malus esse, sed euenit, ut aliquid habeat boni, neque bonus esse omnino bonus: sed nonnulla solet habere peccata. Cui itaque malus prosperis vititur rebus, ad capitis sui perniciem vititur: ut enim illorum paucorum bonorum retributionem hic capiens, illic deinde puniatur, hac de causa recipit.* Adde autem operis imperfecti in Mathæum homil. 26. *Audè mysterium, quod Petrus apud Clementem exposuit: Si fidelis fecerit opus bonum, & hic ei prodest, liberans eum à malis, & illic ad percipiendum regnum cælestem: magis autem ibi, quam hic. Si autem infidelis fecerit opus bonum, hic ei prodest opus ipsius, & hic ei reddit Deus bona, pro opere suo: in illo autem seculo, nihil ei prodest. Nec enim collocatur inter ceteros fideles, propter opus suum. Et iuste, quia naturali bono motus fuerit bonum, non propter Deum.*

IV. Re

perceptio est, qua moralem vitam honestare possunt, aternam conferre non possunt. Sed ut scias, quo sensu, audi vicissim ab eodem, non multo ante eadem verba, Nihil boni operis ex mortuis, nihil iustitia procedit ex impijs: tota ipsorum salus, gratia est. Et paulo post, Quasi ista scientia, vel ex natura operibus residua, vel ex legalis doctrina eruditione quaesita, possit sui perceptione prestare, ut quod faciendum nouerimus, etiam facere diligamus: aut vllus sit bona voluntatis motus, nisi quem creauerit diffusa per Spiritum Sanctum charitatis affectus. Atqui obiicit Bellarminus, non peccata, sed sola virtutes vitam nostram honestare possunt. Concedo, inquam, sed virtutes illae hanc vitam honestant, quae hominum iudicio virtutes sunt, non etiam Dei. Sic vitam Romanorum honestant illae virtutes, quas tamen vere virtutes non fuisse disputat Augustinus. Imo Paulus ad Philippenses 1. gaudebat quod Euangelium quidam annuntiabant non pure, id est, per inuidiam & contentionem. Nimirum vitam humanam honestabat haec praecatio, quod subitantiis operis, etsi alioquin illa ipsa, peccatum esset eorum, qui sic praedicabant.

XVII. Et omnino idem sensus fuit Fulgentij de Incarnatione, & Gratia, c. 26. Nam quorsum ista? Quomodo poterunt hi iusti esse apud Deum, qui sic in suis moribus, atque operibus, bonitatis aliquid seruant, ut hoc ad finem Christiana fidei, charitatisque, non referant? quibus aliqua quidem bona, quae ad societatis humanae pertinent aequitatem, inesse possunt: sed quia non charitate Dei sunt, prodesse non possunt. Nota: bonitatis aliquid inesse in moribus infidelium. Non bonitatem, sed bonitatis aliquid. Nimirum, ut Augustinus dicebat extrema lineamenta imaginis Dei. Enimvero, substantia illa operis est aliquid bonitatis. Deinde, aliqua bona, quae ad societatis humanae pertinent aequitatem. Denique, non sunt charitate Dei. In nunc, & nega esse peccata.

XVIII. At Gregorius hom. 27. in Euangelia, negatijs sacra eloquia contradicere, qui proximum diligant per affectionem cognationis, & carnis. Ergo, inquit Bellarminus, ea dilectio nihil peccati continet, ac per hoc bona est moraliter. Respondeo, Nihil noui Gregorium dicere, dum intelligatur X. dicitur, ut ne contradicant Scripturae, ita diligentibus proximum, quatenus diligunt. Sed eosdem sic approbare Scripturam, quasi eo ipso nihil peccarent, hoc vero nec cogitasse credo Gregorium, & si dixisset, confidenter dicerem peccasse. Quid enim? An ijs, qui per contentionem praedicabant Euangelium, ideo contradicere sacra eloquia, quia praedicabant? Minime vero, sed non propterea non praedicabant eisdem.

CAP. XII.

Omne bonum morale esse à Deo in homine.

I. Atque haecenus tertium argumentum, quo confirmabamus, quicquid sit ex solis Arbitrij viribus esse peccatum, ut abunde probarem us illud ipsum arbitrium, non esse aequiliberum in vitamque partem. Nunc addo quartum argumentum. Nullum Dei donum grauitum est ab hominis libero arbitrio. At quicquid est boni moralis in homine, est Dei donum gratuitum. Ergo nihil boni moralis in homine est à libero arbitrio. Maior est manifesta: opponuntur enim in hoc argumento perpetuo, natura, & gratia. Est aut liberum arbitrium à natura: ideoque, rursus opponuntur liberum arbitrium, & gratia. Praeterea, quod habemus à natura, quid est necesse donari? Nam cum quid donatur, necesse est eum, cui donatur, id ipsum non habere, antequam donetur. Quod fieri non potest, si habeatur à natura. Sic non donatur homini à gratia liberum arbitrium, quia ipsum haberet à natura.

II. Minor probatur ex Scriptura: probatur ex Patribus. Iacobi 1. Omne munus bonum, & omne donum perfectum, superne est, descendens à Patre luminum. Collator apud Prosperum, Manifeste colligitur, non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui nobis, & initia sancta voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum, quae recte cupimus, tribuit praegendi. Omne enim datum bonum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum, qui & incipit quae bona sunt, & exsequitur, & consummat in nobis. Quam definitionem valde probat, & laudat Prosper, eius alioquin auctoris refutator acerrimus.

III. Prioris ad Corinth. 4. Quis te discernit? quid autem habes, quod non acceperis? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris, ut qui non acceperis? Augustinus Epist. 89. q. 2. Qui iam continet est, non habet vtiq; continentiam, nisi ad sit voluntas. Sed nisi accepisset, quid haberet voluntas? Quid enim habes, inquit, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Id est, quid gloriaris, quasi à te ipso habeas: quod si non accepisses, à te ipso habere non posses? Idem de peccatorum Meritis, & Remissione l. 2. c. 18. Laborant homines inuenire in nostra voluntate quid sit nostrum, quod nobis non sit ex Deo: Et quomodo inueniri possit, ignoro. Excepto enim quod Apostolus ait, cum de bonis hominum loqueretur, quid n. habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Ipsa etiam ratio, quae de ijs rebus à talibus, quales nos sumus, iniri potest, quemlibet nostrum quarentem vehementer angustat. Et post, Nisi obtineamus, non solū voluntatis arbitriū, quod huc atque illuc liberum fluctit, atque in eis naturalibus bonis est, quibus & male vti malis potest: sed etiam voluntatem bonam, quae iam in eis bonis est, quorum esse usus non potest malus, nisi ex Deo, nobis esse non posse, nescio quemadmodum defendamus quod dictum est: Quid enim habes, quod non accepisti?

IV. Profert hunc locum Bellarminus, ut probet voluntatem humanam nihil posse in ijs quae ad salutem pertinent sine auxilio gratiae: item nullo modo posse seipsam preparare ad gratiam. Sed hoc argumentum, tanquam à nobis obiectum, soluere conatur c. 29. lib. 5. de Gratia, & Libero arbitrio. Quid ergo? Describo prope verbatim, ne in re perplexissima queratur à me quicquam torqueri. Idem Apostolus tertio eiusdem Epistolae, fatetur nos habere aliquid proprii, & nostri, cum ait, vnusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum id est, laborem. Habemus ergo dono Dei liberum arbitrium: sed hoc dono accepto, Domini sumus actionum: & quia possumus eas pro arbitrio facere, vel omittere, proprias, & nostrae esse dicuntur, & quamuis opera sancta, de quibus eo loco beatus Paulus loquitur, sint etiam peculiari ratione dona Dei, quatenus non fiunt sine gratia: tamen sunt etiam opera nostra propria, quatenus poteramus per liberum arbitrium non facere.

V. Quae ego, cum legi, miratus sum quid cogitaret. Quid enim opus erat in onere, nostra esse nihilominus opera, quia fiant à nobis, & quidem liberi arbitrio? Nam certe ea nulla quaestio est, sed longe alia: Vtrum à nobis fiant, ex viribus liberi arbitrij solis, ea opera quae sunt moraliter bona: nimirum, quatenus sunt moraliter bona. Nos hoc negamus, & ut negemus, habemus ab Apostolo, negante nos habere quicquam boni (consentimus enim vtiq; sic intelligendum) quod non acceperimus. Acceperimus autem, non quomodo liberum arbitrium, nempe in creatione, quod Pelagiani non negabāt: sed post creationem à gratia per singulos actus, quomodo contra eos definitum est à Catholicis, ut Augustinus docet, & Prosper. Itaque nihil respondet Bellarminus, Certum est enim, ea opera esse propria singulorum fidelium, quomodo Paulus vocat i. d. 10. x. 170: sed certum vicissim in ijs proprijs operibus, quicquid est boni, vnde est spes i. d. 11. p. 1. & 2, non esse à nobis, id est, à libero arbitrio: sed esse à gratia Dei gratis donantis, & efficientis in nobis ut efficiamus bene, quod alioquin non possumus.

VI. Secundo ad Philippenses, Deus est, & creator, & qui efficit in vobis, & ut velitis, & ut efficiatis, pro gratuita sua benevolentia. Illustrissimus locus: atque adeo identidem à Patribus vsurpatus contra Pelagianos. Certè non potuit potentius denegari homini extra gratiam omnis boni moralis ratio, quae propriissime consistit in voluntate, ex qua etiam iudicantur externa opera. Quamquam post voluntatem alius etiam gradus est necessarius, nempe ipse actus, qui ipsam illam voluntatem exsequutioni mandat, ut in cleomofyna, primo oportet me velle inopem iuuare, sed deinde etiam id ita apud me deliberatum perficere. Iam ergo non potuit Paulus disertius pronuntiare nostras nullas vires esse ad bonum, sine gratia, quam cum & voluntatem, & efficientiam nobis esse docuit à Dei benevolentia.

VII. Eodem ista pertinent: Hieremiae 24. Dabo eis cor, ut sciant me. Nam cor ut plurimum est pro voluntate. Erii nihil impedit, quominus etiam intellectum dicamus, quo non posito, certè voluntas nulla esse potest. Sed illud certe 11. Ezechielis, & 36. magis ad voluntatem pertinet. Dabo eis cor vnum, siue nouum, & Spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, & Spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam ut in praeceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.

VIII. Adde Patrum disertos locos. Augustinus Epist. 46. Librum vel Epistolam meam, secundum hanc fidem intelligite, ut neque negetis Dei gratiam, neque liberum arbitrium, sic defendatis, ut à Dei gratia separetis, tanquam sine illa, vel cogitare aliquid, vel agere secundum Deum vlla ratione possimus. Quod omnino non possumus. Et post, Probari per testimonia sanctorum Scripturarum, & bona opera nostra, & pias orationes, & rectam fidem nullo modo in nobis esse potuisse, nisi haec acceperimus ab illo, de quo dicit Apostolus Iacobus, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à Patre luminum Epistola octogesima nona. Valet liberum arbitrium ad opera bona, si diuinitus adiuetur, quod sit humiliter petendo, & faciendo. Desursum vero diuino adiutorio, qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitia soliditatem, sed inflationem impia superbia, & exitiosum tumorem. Epistola 106. Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, quod fides vera, & Catholica tenet semper Ecclesia, pusillos cum magnis à morte primi hominis, ad vitam secundi hominis transfert, non solum peccata delendo, verum etiam ad non peccatum, recteque, & viuendum, eos qui iam vti possunt voluntatis arbitrio sic adiuuando, ut nisi adiuuet, nihil pietatis, atque iustitiae, siue in opere, siue etiam in ipsa voluntate habere possimus. Deus quippe operatur in nobis, & velle, & operari pro bona voluntate.

IX. Idem de Gratia, & Libero arbitrio. c. 17. Quis istam, etsi paruum dare ceperat charitatem, nisi ille qui preparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incipit? Quoniam ipse ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur, perficiens. Propter quod ait Apostolus, Certus sum, quoniam qui operatur in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu. Vt ergo velimus, sine nobis operatur, cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur, tamen sine illo, vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus. Et paulo ante capite praecedenti, Certum est, nos mandata seruare si volumus, sed quia preparatur voluntas à Domino, ab illo petendum est, ut tantum velimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit, ut velimus bonum, de quo dictum est, quod preparatur voluntas à Domino, de quo dictum est, A Domino gressus hominis diriguntur, & viam eius vult, de quo dictum est, Deus est, qui operatur in nobis, & velle, & operari. Certum est nos facere, cum facimus, sed ille facit, ut faciamus, praebendo vires efficacissimas voluntati, qui dicit: Faciam ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis. Nec opus est pluribus testimonijs Augustini. Nam ille totus est in ea sententia, adeo ut vix quicquam scripserit contra Pelagianos, ut non hanc diligenter inculcarit.

X. Concilium Araucianum secundum cap. 22. Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, ut ex illo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via. Concilium Africanum, apud Prosperum contra Collatorem, Constitutum in Pelagium atque Caestium per venerabilem Episcopum Innocentium de beatissimi Apostoli sede prolata manere sententiam, donec apertissima confessione fateamur, Gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, non solum ad cognoscendam, verum etiam ad faciendam iustitiam, nos per actus singulos adiuuare: ita ut sine illa, nihil vera sanctaeque pietatis habere, cogitare, dicere valeamus.

XI. Prosper valde serio improbat & impugnat hanc Collatoris sententiam, Cauendum nobis est, ne ita ad Dominum omnia Sanctorum merita referamus, ut nihil nisi id quod malum atque peruersum est, humanis adscribamus natura. Et hanc similiter, Dubitari non potest, inesse omni anima naturaliter virtutum semina, beneficio Creatoris inserta. Sed nisi hac opitulatione Dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt peruenire. Idem de Vocatione Gentium lib. 1. c. 9. Quod autem omne verbum bonum, & omne opus sanctum sumministratio sit Spiritus Sancti, sine quo nihil recte agatur, in prima ad Corinthis Paulus Apostolus docet. Et post, Iohannes quoque Euangelista pronuntiat neminem aliquid boni habere, nisi quod desursum acceperit, dicens: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de caelo. Et iterum, Licet nisi homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum velle, & illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam.

XII. Maxentius Joannes in libello Fidei, cap. 3. *Liberum naturale arbitrium ad nihil aliud valere credimus, nisi ad discernendum tantum, & desideranda carnalia, siue secularia, qua non apud Deum, sed apud homines, possunt for-*

tassis videri gloriosa. Ad ea vero qua ad vitam eternam pertinent, nec cogitare, nec velle, nec desiderare, nec persicere posse, nisi per infusionem, & inoperationem intrinsecus Spiritus sancti, qui est etiam Spiritus Christi.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QUINTVS.

De

PECCATO ORIGINALI.

Caput Primum.

DE PECCATO ORIGINALI NATORVM EX FIDELIBVS.



ENTVM est ad tertiam controuersiam, Vtrum omnes homines sint peccatores. Et Catholici quidem constanter asserunt. Ita enim transisse ab vno Adamo in vniuersum genus humanum corruptionem illam, de qua iam quatuor libris disputatum est, vt eius natura vnum solum excipi possit indiuiduum, Dominus noster Iesus Christus, non genitus communi omnium lege, ex mare & femina, sed ex Spiritu S. de Virginis sanctificato semine.

II. At Papiſta primo calumniantur, deinde à peccati lege communi excipiunt vnum aliud indiuiduum, B. Virginem Mariam. Primum igitur negare nos asserunt peccatum Originis transire in filios Fidelium. Ita Cocceius, Thesauri Tom. 2. lib. 2. cap. 2. Bellarminus de Amiffione gratiæ libri 4. c. 14. Gautierus in tabella Chronographica seculi quinti. Gregorius de Valentia Commentariorum Theologicorum Tom. 2. disputat. 6. generali, quæst. 11. punct. 2. Eustathius de Sancto Paulo, Summæ Theologicæ part. 2. Tract. 5. disput. 6. quæst. 4.

III. Sed hæc pura puta calumnia est, à qua vindicabit nos primo Confessio Fidei, Artic. 4. *Credimus hoc vitium, nempe originale, esse vere peccatum, quod omnes & singulos homines, ne paruulis quidem exceptis adhuc in utero matrum delitescens, æterna mortis reos coram Deo peragat.* En tibi omnes, & singulos homines. Quid ultra quæris? En tibi nullos exceptos paruulos. Et est adhuc calumniæ locus?

VI. Secundo, ipsa Baptismi apud nos solennis liturgia, in qua hæc difertissima: *Domine Deus, Pater æterne, & Omnipotens, quando, pro tua infinita clementia, nobis pollicitus es fore te Deum, & nostrum, & liberorum nostrorum (en tibi natos ex Fidelibus) oramus te, vt beneficium illud tuum in hoc infante confirmare digneris, parentibus iis genito, (en tibi rursus Natos ex fidelibus) quos in Ecclesiam tuam cooptasti, & quemadmodum tibi à nobis offertur, & consecratur, ita in tutelam tuam eum recipias, Deum te, & Seruatorem eius esse demonstrans: peccatū ei Originis condonans, ac remittens, cuius genus omne Adam culpam suscipit.* Potuine quicquam manifestius? Nam, & Seruatorem precamur infanti, quomodo, si nullum ei peccatum? & conceptis syllabis, remitti peccatum originale. Potestne ei remitti, cui nullum est? Nec tamen de infantibus agitur infidelium: Ergo negari non potest nostram hanc esse sollemnem fidem, Infantes Fidelium esse originaliter peccatores.

V. Et volunt tamen videri causas habere calumniæ. Caluinus, inquit Bellarminus, in Antidoto Concilij Tridentini, ad cap. 5. sessionis 6. & libro 5. Institut. cap. 16. §. 24. & 25. docet filios Fidelium non imputari peccatum Originis, & hos etiam ante Baptismū esse Sanctos, & membra Ecclesiæ. Caluino locios addit Bucerum in Matth. 3. Martyrem, & Bullingerum, in 7. prioris ad Corinthios. Gautierus etiam, argumento pugnat. Quia neget Caluinus, neget Beza, Baptismum esse ad salutem necessarium.

VI. Sed Caluino, reliquisque illis idem sensus fuit, qui nobis. Certe à Caluino ita scriptum in I. ad Corinthios 7. *Docet vniuersalem esse propagationem, & peccati, & damnationis in semine Adæ. Omnes igitur ad vnum sub hac maledictione includi, siue ex fidelibus, siue ex impijs descendant. Neque enim fideles liberos generant secundum carnem, quatenus sunt regenerati. Aequalis est igitur in omnibus natura conditio, vt sint tam peccato, quam æterna morti obnoxij.* Imo ipso illo cap. 16. lib. 15. vnum inter alia Caluino argumentum est aduersus Anabaptistas à peccatorum remissione. *Peccatores enim cum nascamur (inquit) remissione & venia iam à matris utero opus habemus.* Quid? quod alia nobis erit suo loco controuersia, vtrum per Baptismum definat esse in homine peccatum originale, in qua, negantem Caluinum ii ipsi exagitant, qui nunc volunt ab eo doceri nullum id esse vel ante Baptismum? At hæc sententia cum illa non potest consistere. Nisi forte succurrat Sycophantia cum illud Gautieri: Sibi ipsum contradicere, quum ipsi potius Sycophantæ geminas videant Thebas.

VII. Sed illa è Caluino obiecta, quam sunt nihili? Primo non imputari filiis fidelium Originis peccatum, non dixit Caluinus, iis saltem locis, qui numerantur, aut alijs vllis quos viderim. Nec sane, absque exceptione, verum. Multi enim sunt fidelium filij reprobi, quibus imputari peccatum originale, quomodo negari possit non video. Secundo, etsi dixisset, prorsus tamen absurdum est inde concludi, nullum esse peccatum originale. Nam quis nescit solemne esse Caluino non imputari post Baptismum illud ipsium peccatum, & tamen manere? Cur non possit æque ante Baptismum? Cur, inquam, non possit & inesse pueris peccatum originale, & tamen non imputari? Atque id omnino veium in infantibus, saltem electis. Denique si verum, non imputari, ergo verum, esse in infantibus. Nam is sensus est eius phraſeos. Job quadragesimo secundo, *vt non vobis imputetur stultitia.* Psalmo trigesimo secundo, *Beatus homo, cui non imputat Iehoua iniquitatem.* An vero in illis nulla insipientia, in hoc nulla iniquitas? Imo contra potius,

quia erat, ideo non imputari dicitur. Quare, si dixit Caluinus non imputari filiis fidelium peccatum originale, ergo credidit in iisdem esse peccatum originale.

VIII. Dixisse eosdem esse sanctos, etiam ante Baptismum, agnosco. Sed nego sequi, ergo non habere peccatum originis. Illud sane sancit à Paulo Caluinus, I. Corinthios 7. vbi rem totam dilucide exponit, *Docet Paulus segregari piorum liberos ab alijs quadam prerogatiua, vt sancti in Ecclesia reputentur, sed qui hac sententia cum eo quod alibi tradit, conuenit? Nos esse omnes natura filios iræ: Item cum sententia Dauidis, Ecce in peccato conceptus sum. Respondeo: Vniuersalem esse propagationem, & peccati, & damnationis in semine Adæ. Sed hanc partem paulo ante descripsimus. At non multo post, *Quod autem hic tribuit liberis fidelium speciale privilegium Apostolus, id fuit ex beneficio fœderis, quo superueniente, deletur natura maledictio, & Deo per gratiam consecrantur, qui natura prophani erant. Hinc argumentatur Paulus, II. ad Romanos, totam Abrahæ progeniem esse sanctam, quia fœdus vitæ cum illo Deus pepigerat. Si radix sancta, inquit, ergo & rami sancti. Et Deus filios suos vocat omnes, qui ex Israele sunt progeniti.**

IX. Nota igitur hanc infantium sanctitatem, non esse inhærentem, insitamque velis qualitatem, alienam à peccato, siue originali, siue actuali, sed extrinsecus delatum privilegium, quo fit, vt eo ipso, quod nati sint ex fidelibus, pertineat ad fœdus à Deo initum cum Ecclesiâ, cuius adeo sint participes, non qui absque vlllo existunt peccato, sed ij potius, qui in peccato nati, vere sunt peccatores, & natura filij iræ. Quo privilegio separantur ab Idololatrarum filiis, qui non tantum sunt natura filij iræ, id est, onerati peccato originali, sed etiam alieni à fœdere diuino, eo quod nati sunt ex parentibus, quibus nihil est cum illo fœdere commune. Illustratur res tota insigni illo alio loco ad Romanos vndecimo, vbi vocantur Israelitæ sancti. At quinam Israelitæ? An forte Veteres illi pietate laudabiles, fide insignes: Imo ij ipsi, qui Pauli tempore Christum oppugnabant. De his igitur dicitur, *Si primitia sancta sunt, etiam massa, & si radix sancta, etiam rami.* Quasi toudem verbis, quandoquidem Abraham, Isaac, Jacob, olim sancti fuerunt propter fœdus contractum cum iis, eorumque semine: Ergo & hi, illorum filij, sunt sancti. Quare hæc sanctitas non excludit peccatum, aut actuale, aut originale. Potuit ergo Caluinus vere dicere filios fidelium, esse sanctos, & tamen simul, vere obnoxios peccato originali. Quod si non tolerant Sophistæ, dicam ergo scribant Paulo, ob hæc eius verba tam Caluimiana.

X. De necessitate Baptismi respondeo, primum calumniari Gautierum, neque enim negatum à Caluino esse ad salutem necessarium, sed tantum absolute necessarium, ita vt omnino saluari nequeat, qui careat aquæ Baptismo, quæ controuersia est suo loco disputanda. Secundo, negatur consequentia. Nam, etsi Baptismus non sit absolute necessarius, imo si statueretur à quopiam non necessarius, tamen non sequeretur infantes statui sine peccato originali. Nisi forte nouum nobis eudant fidei dogma Sophistæ, asserentes, quicumque saluantur absque Baptismo fluminis, eo immunes esse à peccato etiam originali, atque ita non Veteres tantum ante Christum, Abraham, Dauid, similes, sed etiam latronum alterum crucifixum cum Christo, eodem privilegio gaudere, quod assignant tamen, tanquam propriam, Virgini matri.

XI. Et vero quicquid Caluinus hic negat, non minus ad viros pertinet, quam ad infantes. Negat enim ita esse necessarium Baptismum, vt absque eo nullus, aut infans, aut etiam vir, saluari possit. Et tamen nondum adeo fuere desperati Sycophantæ, vt à Caluino dicerent negari aut originale, aut etiam actuale peccatum in viris. Cur magis in pueris?

CAP. II.

Statu Controuersia, de B. Maria Virgine.

I. DE Virgine Matre Dei, quæstio nunc offert sese. Disputant serio, quos quidem viderim, Papiſta recentiores (nam paulo priores Scholasticos miſſos facio) Petrus Galatinus de Arcanis Catholice Veritatis, libr. 7. Conradus Klingius, locorum communium lib. 4. cap. 48. Simon Vigor, sermone in die Conceptionis. Franciscus Feuardentius Theomachia libro decimo. Andradius, Defensionis Tridentinæ quinto. Bellarminus de Amiffione gratiæ lib. 4. cap. 5. Gregorius de Valentia, de Peccato originis cap. 3. Et in tertiam Thomæ, disputat. 2. generali, quæst. 1. Salmero, tractat. 49. & tribus seq. in Epist. ad Romanos. Valentinus Gerardus, in Triumpho Beatæ Virginis. Petrus Coronus, Apologetico 5. & primi Institutionis cap. 7. Sebastianus Barradas, in Concordiam Euangelistarum tom. 1. lib. 6. cap. 30. Vafques 3. Thomæ disput. 114. & seq. Eustathius de S. Paulo Summæ part. 2. tractat. 2. disput. 1. quæst. 1.